Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Accentvationis Hebraicæ Vsvs Pentade Dictorvm V. T.

Jenæ: Jenæ: Apud Tob.Oehrlingivm: Litteris Mvllerianis, [1704?]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1046136291

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Fc_ 4405.1-3.
(I 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1046136291/phys_0002
DFG

Contenta.

1. Russ. Accentual. Hebr. usus.
2. Josua Arndig de frequenti Comunione
3. Joh. Henrici Magi Observat. sacrae.
4. ej. liber secundus,
5. ej. liber tertius
6. ej. liber quartus.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1046136291/phys_0003
DFG

ACCENTVATIONIS HEBRAICÆ VSVS PENTADE DICTORVM V. T.

A

M. IOH. REINH. RVS,
Vsinga Nass.

ET

FR. CHRIST. VARENHORST,
Quackenbrugo-Gvestph.

COMMONSTRATVS

IENÆ,
Apud TOB. OEHRLINGIVM.
Litteris MVLLERIANIS.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1046136291/phys_0006
DFG

בס"ד

PROOEMIUM.

ACcentuum Hebraicorum usum aliquot Scr. S. Veteris Testamenti dictis comprobaturi, difficilem illam & prolixissimam de origine eorundem controversiam non ingrediemur: quippe quæ intra eam, quam nobis proposuimus, brevitatem, concludi non potest. Ejusdem illos cum

vocalibus auctoritatis esse agnoscunt Philologi tantum non omnes, & docere hoc poterat vel sola vocalium ob Accentus frequentissima mutatio. Nec eorum adstipulamur sententiæ, qui admissa vocalium inviolabili auctoritate, accentibus tamen omnem omnino eunt detractum. Rationes enim pro hac statuminanda opinione nondum vidimus allatas, & dicta quibus utitur B. Hackspan. not. phil. Theol. passim. Thilo in Medull. Theol. V. T. ad Gen. 14. 18. ex Pruckn. (in quem etiam locum conf. duriora B. Meisner. phil. sobr. part. 2. Sect. I. c. 3. Q. 5. memb. 2. verba) Itemque ad Exod. 20. 17. & Dan. 9. 28. ex B. Frischm. omnia ita videntur comparata, ut si diligenter & accurate ad accentuum rationem exigas, nihil absurdi aut inconvenientis involvant, adeo ut uno halitu facile dispellas quæ magno

hanc

hanc in rem conatu congessit Kolhans. in Exercit. Glotticis passim, quorum data occasione aliqua tangemus forte infra. In præsenti, quanquam plura sint, quæ in contrarium moventur, de numero saltim accentuum, qui plerosque offendit, pauca præmittemus. De hoc ita scribit Capellus A. P. R. p. 147. & Crit. S. lib. 6. c. 1. *Accentuum, qui hodie sunt 25. numero, tres aut quatuor ad summum utiles esse ad signanda varia periodorum membra, colon puta, comma, ὑποδιαστολὴν & ὑποστιγμὴν, quæ faciunt & conferunt aliquid ad majorem orationis lucem; reliquos omnes esse ad grammaticam parum aut nihil omnino necessarios.* Pollicem Capello premit Waltonus in appar. Proleg. 3. §. 45. & Summe Rev. atque Celeber. D. Jablonski in erudita ad Bibl. Hebr. Berolin. anno 1699. præf. §. 19. & inprimis 21. quorum

verba huc transcribere brevitatis studio supersedeo. Unde in eam nonnulli venerunt sententiam hos accentuum apiculos moderandi saltem cantus ergo esse adjectos. Quemadmodum observamus in Bibl. Complutensibus, quæ Franciscus Ximenius ducatorum sexaginta millium impensis procurasse dicitur, omnes in universum Accentus abjectos, *eò* (hanc enim rationem afferunt in prologo) *quod tantum modulationi musicæ inserviant.* Alii servatis, quos putabant, majoribus, resecuerunt minores, tanquam superfluos. Ex quorum numero est Seb. Munsterus, qui in præfat. sua §. *qua ratione consiliove hæc facta sit editio*, scribit: *Accentus præcipuos h. e. qui sententiam in membra & subdistinctiones dividunt, non omisimus: reliquos vero veluti parergos negleximus. Præsertim cum Judæi ipsi fate-*

fateantur propter peccata sua ignorare vires particulares Accentuum. De quo vide si libet R. Calonymum in lib. quem de Accentibus inscripsit, & adjectus est Grammaticæ Abrah. de Palmis. Sunt autem majores illi ex Münsteri sententia ferme seqq. Soph-Pasuck Sillucko destitutus, Atnach, Segolta, Sakephkaton, Rebhia; omisso in metricis Merca Mahpachato, qui major est Athnacho; & in prosaicis Sakephgadol ac Tiphcha, Rebhiam superantibus. Sed quum Accentus hebr. non tantum inserviant definiendis sententiarum ac periodorum spatiis, verum insimul determinent per vocum conjunctiones & distinctiones casus in nominibus, personas in verbis & genuinas suffixorum particularumque significationes, facile apparet, quod sit disparrima interpunctionis græcorum, latinorumque ac hebr. ratio; ut

hæc cum illa commode satis comparari non possit. Illorum enim interstinctiones ad sententiarum spatia definienda sunt adinventæ. Neque sine causa ministri sive signa conjunctiva iisdem quoque addita putamus, cum, dicente B. Pfeiff. Crit. S. p. 95. id factum *tum majoris evidentiæ causa, tum ut ex peculiari ministro de absente certas ob causas Domino judicari queat.* vid. & conf. quæ simili in arg. de geminata vocalium figura adversus Capell. monuit Buxt. in de punctis tr. c. 14. part. 1. p. 200. & vener. Præceptor noster Danzius. Gr. Ebr. §. 6. p. 40. ff. in not. (p) & inprimis de Schevate, absente vocalis indice, laudatus modo Buxt. c. 1. p. 215. ff. ut taceam, quod per toni indicium, plerique tam conjunctivi, quam distinctivi accentus, diversas vocum significationes distinguant, quæque in hoc istove loco sit præferenda innuant.

v. g.

v. g. Jes. 6. 13. quod in verbis quiescentibus tertia atque secunda, cum primis in aliquot personis, ut reliqua omittam, perquam esse necessarium, apud grammaticos est in confesso. Hoc ut tanto manifestius evadat, sequentia perpendamus Sc. S. exempla, collatis discrepantibus aliquot interpretationibus. Sic v. g. Jesa. 26. 19. hebraica וארץ רפאים תפיל neglectis accentibus sunt ambigua, & possent vel cum B. Luth. & Seb. Schmidio reddi: *& terram mortuorum* (Seb. Schmid. *Rephaim*) *evertes seu deturbabis*; vel cum Pagn. Aria Montano & Aliis: *& terra mortuos projiciet.* Gen. I. 20. sine Accentibus dubium est, את עוף sitne cum B. Luth. quem sibi defendendum sumsit B. Walth. in Harm. reddendum in Accusativo, an vero cum aliis in Nominat. Gen. 3. 8. את מתהלך posset referri tam ad יהוה quam

ad קול, nisi posterius flagitarent Accentus, quibus convenienter h. l. explicat Præceptor noster Devener. in Interprete §. 90. p. 97. s. *Mox audiverunt vocem Domini Dei (qualis describitur Psal. 29. 3. ss. horribilem sc. cujusmodi requirebat ipsorum facinus, ad pœnitentiam commovendorum) progredientem vel continuo magis magisque ingravescentem, vid. §. 109. per hortum istum, in flatu diei: procul dubio vehementiori, cujusmodi cum Tonitru haud infrequens. Hinc & ejus fuisse dicitur effectus, quod se absconderint propter iram Domini, quam arguebant inde.* Nec infrequens est Sc. S. τὸ הלך de aliis quam animatis usurpare, prouti ex voce synonyma liquet Jer. 46. 22. קולה כנחש ילך *vox ejus* (Ægypti v. 20. & 21.) *sicut* (vox) *serpentis ibit* (serpet). Gen. 3. 24. accentus si negligas, vix certus eris de par-

participio מתהפכת quo referri debeat, an construendum sit cum nomine חרב, veluti fecit Seb. Schmid. & alii plures cum eo convertentes: *Et flamma gladii hinc inde vertentis se.* An vero cum Pagnino, quem frustra hic, ut alias sæpius, correxit Arias Montanus *aciem gladii versatilem?* Deut. 32. 12. an particula exclusiva ברד ad subjectum יהוה trahi debeat, adeo ut hinc contra judd. si conferamus Jesa. 63. 10. 14. satis solide evincatur Sp. S. divinitas; an vero potius prædicatum ישראל restringat, quod ex Num. 23. 19. & Deut. 33. 28. coll. vult Weimar. in usu Accent. contra Syr. Arab. Græcos & Ar. Mont. Jes. 6. 1. רם ונשא num construendum cum ארני יושב, an vero cum כסא, prouti solet fieri communiter. Gen. 4. 23. ערה וצלה an reddenda cum B. Luthero in Datiyo, an cum aliis potius in Vocati-

cativo, ut terminetur propositio proœmialis in לנשיו Gen. 7. 23. וימח an sit deductum ex Niphal, & recte vertatur *deleta est*, an vero ex Kal & potius vertendum sit: *& delevit*. Gen. 9. 6. באדם rectene a Pagn. Aria Mont. Hug. Grotio de jure B. & P. I. 2. §. 5. aliis, ad subjectum trahatur, an vero cum B. Luth. &c. referri potius debeat ad prædicatum, ut hinc Jus vitæ & necis magistratui competens probetur contra Socin. Armin. Anabapt. Weigelianos & cæteros ejusdem farinæ homines; evidenter docent accentus. Gen. 49. 10. num queat עד nominaliter exponi hunc in sensum: *non recedet sceptrum à Juda, nec legislator à medietate pedum suorum in æternum, postquam venerit Schilo &c.* uti contendunt recutitorum aliqui, nominatim Lipmann in Nizzachon ab Hackspan. emisso, num. מו. Bechai in h. l. nescio an alicunde solidius, quam ex ac-

ex accentuatione commonstretur; quamvis hoc minus feliciter præstiterit Cel. Gussetapud Groening. litterar. hebr. & Hellenismi Prof. in specimine operis, (jam edendi, ut ex ejusd. comm. L. H. f. 720. ad צעיר D. colligo,) quo R. Isaaci חזוק אמונה confutatutus erat, sub Tit. *controversiarum adversus Judæos ternio* p. 57. scribens: τὸ עד in præsenti loco nil habere, nisi Jethib ministrum. Omitto percensere pluribus, quomodo accentuationis ope Ledebuhrius in catena Sc. S. p. 131. & 300. omnium primus sensum obscurissimi illius loci Deut. 32. 5. detexerit manifestissime, quem deinceps secuti sunt Varenius Dec. Mos. in Genes. p. 635. Com. ad Jes. part. 2. p. 362. itemque in Deut. l. c. Dörffel. in Tyrocin. Accent. §. 37. Weim. Us. Acc. loc. 8. p. 78. conferri etiam merentur, quæ h. in l. recentissime scripserunt Cl. Michaelis ἐπιχείσει philolog. p. 24. & Beck. Disqq. Herm.

Herm. p. 78. f. Jes. 3. 24. sitne כִּי nomen substantivum *adustio*, ut volunt Nold. Conc. p. 407. Saub. posth. p. 101. Maxime Reverend. ac Celeb. Dn. D. Majus suppl. ad Cocceji Lex. col. 47. Franck. Hall. obs. bibl. p. m. 562 an vero, ut alias sæpius, ita quoque hic cum B. Varenio, Weimaro in Us. Acc. & pl. rev. atquecl. Beckio in Disqq. ad h. l. sit habenda pro particula *nam*, *quia*, aut simili, egregiè declarant accentus. Gen. 33. 18. τὸ שָׁלֵם an nomen proprium urbis, an vero appellativum *incolumis*, seu ad mentem *Lightfooti* Chron. V. T. opp. T. 1. f. 18. *pacifice* h. e. ita, ut nihil esset prævaricationis in domo ejus. Ps. 45. 8. sitne אֱלֹהִים reddendum in Nom. ut non tantum Grotius, sed ipse etiam Gerhardus Exeget. Loc. 2. c. 2. §. 12. p. 605. & Hunnius sec. alios in Calv. judaizante c. 1. (quem tamen hoc dicere non deprehendi vid. p. 30. coll. 10.) pertendunt; An vero in vocativo sit efferendum; omnium optime ex accen-

accentuatione cognoscerur. Hujusmodi plura, & propemodum infinita possent adduci, si pluribus opus esse arbitraremur. Satis enim, ni fallor, ex his paucis innotescit, Hebræorum accentus non tantum ut sententiarum & periodorum fines indigitent; sed ut varias simul vocum constructiones innuant, & per has ab ambiguitate, si qua lateret, eas liberent, esse Scr. S. adjectos. Falsa proinde est illa multorum sententia, qui accentui cuipiam valorem quendam perpetuum solent attribuere, v. g. quod Silluck perpetuo punctum, Atnach duo puncta &c. designent. Qua de re scribit Elias Hutterus ante præfat. ad edit. Bibl. à se procuratam, p. 1. *Atnach dicit medium colon, Tiphcha comma, Thebbir comma, Jetiph comma, Sakephkaton comma, Sakephgadol minus comma, paschta comma, Segolta minus colon, Sarka comma, Rebbia duplex comma; Gereschajim, Gerescb, Tiphcha, Schal-*

schelet

schelet, comma; Carnephara colon: Pasер minus colon. Quam vero sententiam expugnavit copiose pariter ac solide B. Wasmuth. vind. p. 2. c. 2. obj. 2. p. 359. & Instit. Accent. Axiom. 1. n. 2. Weim. Ut. accent. p. 52. & 54. estque illius falsitas iampridem in aperta luce posita, & pluribus patebit per subsecuturam tractationem, quæ, faxit Deus! succedat feliciter.

Dictum 1. Gen. XI. 10.

שֵׁם בֶּן־מְאַת שָׁנָה וַיּוֹלֶד
אֶת־אַרְפַּכְשָׁד שְׁנָתַיִם אַחַר הַמַּבּוּל׃

Semus fuit centum annorum, cum genuit Arphachsadum; biennio post diluvium.

§. 1. De

§. 1.

DE tribus Noæ filiis, qui Gen. 5 32. primum hoc ordine collocantur, *Sem*, *Ham*, *Japhet*, lis oborta est inter Scr. S. interpretes, quis ex illis natu major, medius & minor? Nonnulli ordinem Scripturæ putant observandum, quo Sem statueretur maximus, Japhet medius, & Cham minimus. In hac sententia ex Judæis est Abarbenel, qui non solum comm. in Proph. prior. f. 75. c. 3. l. 6. ſſ. de ordine 1. paral. 1. observato scribit: בבני נוח התחיל ביפת וזכר שם באחרונה בקטן התחיל ובגדול כלה *in filiis Noæ incipit a Japheto, & memorat Semum postremo, à minori incipit, & in majori desinit.* Sed & in com. in pentat. f. 47. c. 3. lin. 14. ſſ. illam probare satagit, ubi hanc quæstionem movet verbis seqq. השאלה הא' מי היה הגדול משלושה

אלה בני נוח שזכרה התורה ומי הוא
הקטון שבכלם האם חיה שם הבכור
ויפת הקטן מהם וחם האמצעי כמו
שהכתוב אומר שם חם ויפת יקשה
על זה אמרו אחי יפת הגדול. ויקשה
גם כן שנזכרו תולדות שם באחרונה.
וגם יקשה על זה מה שכתוב שנוח
היה בן חמש מאות שנה כשהתחיל
להוליד בנים וששם חיה בן מאתים
שנה כשהוליד את ארפכשד שנתים
אחר המבול כמו שטען על זה רשי

Quæstio prima est: Quis fuerit natu maximus ex tribus illis filiis Noæ, quos recenset lex, & quis natu minimus ex cunctis illis? An fuerit Sem primogenitus, Japhet autem minimus ex illis, & Cham medius, quemadmodum dicit Scriptura (Gen. 5. 32) *Sem, Ham & Japhet. Obstat huic, quod dicitur* (Gen. 10. 21.) *frater Japheti majoris. Pariter obstat, quod recensentur posteri Semi ultimo* (Gen. 10. 22.

10. 22. 1. Chron. 1. 17.) *insuper huic obstat id, quod scriptum est* (Gen. 5. 32.) *Noachum fuisse quingentorum annorum cum inciperet gignere liberos. Et quod Semus fuerit 100. annos natus, quando genuerit Arphachsadum biennio post diluvium, ceu argumentatur ex h. l. Raschi.* Respondet vero ad hanc Quæst. ib. c 4. lin. 24. ss.

לפי שהתורה בכמה מקומות שזכר
בני נוח תמיד יזכרם בסדר אחר אם
בסיפור מולדתם בסדר בראשית
אמר ויהי נוח בן חמש מאות שנה
ויולד נוח את שם את חם ואת
יפת ועדין לא נכר בחם שוע לפני
דל ולא צדיק ורשע. ובתחלת הסדר
הזה ויולד נוח שלושה בנים את שם
את חם ואת יפת. ובהכנסם בתיבת
בעצם היום הזה בא נוח ושם וחם
ויפת. ואף כאן ויהיו בני נוח
היוצאים מן התיבה שם וחם ויפת

ואין נוכל להחביש בך מהפסוקים.

על כן אמרתי שהיה סדר תולדותם
כמו שזכרת התורה שם תחלה
ואחרון חם ואחרון יפת *Quoniam Scriptura in tot locis, quibus commemorat filios Noachi, perpetuo recenset illos eodem ordine, tam in recensione nativitatis eorum in Paraſcha* בראשית (Gen. 5 32) *dicens: Et Noah fuit 500. annos natus, cum gigneret Semum, Hamum & Japhetum; cùm nondum cognitus erat ex illis nobilis præ humili, aut juſtus præ injuſto: quam ſub initium ſectionis huius* (Gen. 6. 10.) *& genuit Noa tres filios Semum, Hamum & Japhetum; quam etiam in h. l.* (Gen. 9. 18.) *& fuerunt filii Noæ egreſſi ex arca, Sem, Ham & Japhet. Quomodo autem poſſemus falſitatis arguere tot loca? propterea dixi quod ſit ordo Nativitatis eorum, quemadmodum eos refert Scriptura S. Sem initio, poſt illum Ham, & poſt hunc Japhet.* Eandem ſententiam ex Chriſtianis ample-

plexus est post Scaligerum aliosque Seb. Schm. in Annot. posth. in Gen. 5. 32. ubi scribit: *ordo filiorum Noachi videtur nativus esse & ordinem generationis sequi alibi etiam repetitus.* conf. id. ib. in c. 10. 21. & h. l. ac recentissime Gusset. L. H. comment. f. 199. & 323. Unde autem Josephus Antiqq. Judd. l. 1. c. 5. f. m. 11. Semum Japheto, & Japhetum Hamo præponat, scribens: οἱ δὲ Νώχου παῖδες τρεῖς ὄντες, Σήμος, καὶ Ἰάφθας, καὶ Χάμος, ἑκατὸν ἔτεσιν ἔμπροσθεν τῆς ἐπομβρίας γεγονότες, & Ralbag. ap. Abarban. l. c. col. 4. l. 22. f Japhetum natu maximum, Hamum medium & Semum constituat minorem, ignoramus; ita vero illius sententiam refert והרלב"ג חושב שחם גדול אחר יפת ושם באחרונה וכי הוא הקטן מכולם & *R. Levi b. Gerson existimat, Chamum natum esse post Japhetum, Semum autem postremo, ut hic illis omnibus sit natu minor.*

minor. In quam sententiam quoque Aben Esra allegat B. Pfeiff. D. V. in Gen. 5. 32. Sed cum tam Josephi quam Ralbagi sententiam nullo plane suffultam videamus fundamento, eam perinde ac illorum, qui hos tres uno eodemque partu editos statuunt, pluribus non attingemus; præsertim, cum ne illis quidem stantibus, tam tenori textus, quam dubiis inde oriundis queat satisfieri. Alii ergo contendunt in Scriptura S. tres Noachi filios recensente non adhiberi ordinem naturalem, sed personalem partim, partim historicum. Illo Semum præponi Japheto, quemadmodum Jacobus Esavo Jos. 24. 4. Isaacus Ismaeli 1. paral. 1. 28. Ephraimus Manassi Gen. 48. 10. Hoc Chamum præcedere Japhetum, quemadmodum Gen. 10. Chami Genealogiam Semi Genealogiæ videmus præmissam. Ordinem autem naturalem si observare velis, eos ita collocandos fore, Japhet, Sem, Ham.

In

In hac sententia sunt ex Judæis Raschi, & Ramban. ap. Abarb. l. c. c. 3. l. 23. s. ex Christianis Nold. Concord. not. eruditiss. n. 1464. Tarnov. Exerc. bibl. p. m. 724. ss. Georg. Koenig. in Vindic. Disp. 28. loc. 92. p. 497. Lightf. prolegom. ad Harm. 4. Evangg. Sect. 2. T. 1. opp. f. 239. Pfeiff. l. supra c. & alii ferme innumeri.

§. 2. Et hæc postrema sententia egregie confirmatur ex præsenti loco nostro, si conferamus cum eo Gen. 5. 32. ubi Noachus dicitur ætatis suæ anno quingentesimo incepisse gignere; & Gen. 7. 6. & 11. ubi diluvium incidisse dicitur in annum Noachi sexcentesimum. Ex quibus Scripturæ locis pronum est concludere cum B. Tarnovio: Filius Noachi natu maximus ipso diluvii anno fuit præcise centenarius. Sed Sem eo anno non fuit præcise centenarius. E. Sem non fuit filius Noæ natu maximus. Hoc enim in loco

centenarius demum dicitur biennio post diluvium. Idem quoque per alia Sc. loca patet abunde, sic enim Gen. 9. 24. Chamus inter Noæ filios minimus dicitur, inprimis si ibidem conjungamus v. 22. denique Gen. 10. 21. manifeste loquitur Japhetum primogenitum fuisse, quando asserit ibidem Scriptor sacer, quod Semi fuerit frater maximus.

§. 3. Sed varia sunt, quæ hic excipiunt quibus contraria placet sententia, quorum præcipua momenta strictim breviterque percurremus. Non confutabimus hic prolixe August. in Gen. 10. 21. explicationem, quam l. 16. de C. D. c. 3. proponit: *Unde incipiunt commemorari filii Sem, habet quiddam obscuritatis, quod expositione illustrandum est, quia & multum ad rem pertinet quam requirimus. Sic enim legitur: & Sem natus est etiam ipsi patri omnium filiorum Eber fratri Japhet majori. Ordo verborum est: Et Sem natus est Heber, etiam*

etiam ipsi, i. e. ipsi Semnatus est Heber: qui Sem pater est omnium filiorum. Etenim hujus expositionis falsitas primo etiam intuitu nemini non est aperta, nam vice plus simplici in fontes peccat; quod malumus verbis B. Weimari contra Malvendam, h. m. verba convertentem: *Et ipsi Semo natus est etiam ipse, qui fuit pater omnium filiorum, Heber;* disputantis in usu accent. p. 64. quam nostris edisserere. *Non uno modo* (scribit ille) *erratum est in fontes divinos:* (1.) *rex major hac interpretatione major esset ipso* ⁊ *vice Imperatore, contra Axioma 4.* (2.) *lineola Maccaph, quæ vices accentus servi inter voces constructas gerit fieret distinctivus, contra Axiom. 1. & 6.* (3.) *præter necessitatem statuendum esset, quod aut vocabulum* בני *in statu regiminis positum in absoluto stare, aut aliud novum subintelligi, aut* עבר *adhuc repeti deberet. Denique* (4.) *ultima hujus versus verba iterum respicerent sub-*

subjectum Sem, de quo prædicatur, quod sit frater Japheti majoris; & עבר acciperet ר qui ex sua consecutione plane alios in vocibus antecedentibus poneret accentus. Sane D. Seb. Schm. hic locus noster haud leviter exercuit, prouti ex ejus annot. post hum. satis apparet, ubi sequentem in modum differit: *Quod dicitur Schemus fuit filius centum annorum, & genuit Arphachsadum, non ita accipiendum est, quasi statim cum 100. haberet annos, genuerit Noachus* (lege Semus) *Arphachsadum* (*quod quidem aliis, qui Schemum fuisse secundo genitum Noachi putant, satis probabile videtur*) *sed potius indicatur tempus, quo Schem primogenitum suum genuit post diluvium; post quod duobus annis genuit Arphachsadum, sicut hic dicitur. Ita ex mente aliorum respondendum est h. l. Malim repetere quod in fine versus* אחר המבול *post diluvium h. m. Schemus fuit 100. annorum post*

dilu-

diluvium, genuit autem Arphachsadum biennium post diluvium. Atque ita genuit Schemus Arphachsadum anno ætatis suæ centesimo tertio. Verum vim inferre videtur accuratissimus cæteroquin Sac. literarum Interpres tam vocum nexui, quam Accentuationi in utraque ad h. l. responsione. Et prior quidem solutio, cui & ipse non usque adeo innititur, à scopo plane aberrat, dum impugnat ætatem Semi procreantis filios, quum non tam de illa, quam de ipsius annis, quos elapso κατακλυσμῷ habuisse afferitur, litigandum fuisset, quod hic expressissimis enunciatur verbis: Sem erat 100. annorum biennio post diluvium, cum gigneret Arphachsadum. Ita enim verba construenda monet evidentissime Accentuum sequela. Quanquam ne sic quidem, ut facile liquet, nos inficiemur hic indigitari, quod Semus, simulac 100.

habu-

habuerit annos, progenuerit Arphachsadum, quod verba Textus, quæ aliud interjectum tempus haud innuunt, utique admittunt, & tantum non exigunt. Si vero tantum indicaretur tempus, quo Sem primogenitum suum genuit post diluvium, post quod duobus annis genuit Arphachsadum; supervacanea essent verba: שם בן מאת שנה & dici potuisset, quinimo debuisset, uti fit in Gen. 6 9 10. אלה תולדות שם ויולד את ארפכשד שנתים אחר המבול at sicut Gen. 11. 27. אלה תולדות שם שם ילד את ארפכשד שנתים אחר המבול *istæ sunt Generationes Semi: Sem genuit Arphachsadum biennio post diluvium.* Aut secundum Gen. 10. 1. אלה תולדות שם ויולד לו ארפכשד שנתים אחר המבול *Iæ sunt generationes Semi, natus sc. illi est Ar-*

Arphachsad biennio post diluvium.
Abesset hac etiam stante sententia Atnachus in ארפכשד, & potius compareret ad שנה, essent enim duæ distinctæ propositiones: Sem erat 100. annos natus, & Sem genuit Arphachsadum biennio post diluvium; ac proinde in illius fine major requireretur distinctio, quam in hujus medio. Itaque nemini obscurum est, impingere dictam modo expositionem in Axioma Accent. 3., majorem tribuendo valorem τῶ ֒ in שנה subdistinctivo, quam ֑ illius Domino. Ita & altera B. Schmidio propria Responsio cum accentuatione & stylo Mosis vix conciliari poterit. Juxta illam enim oratio Mosis ita flueret: שם בן מאת שנה אחר המבול ויולד את ארפכשד שנתים אחר המבול. quominus enim sola verba אחר המבול ad priorem trahas proposi-

sitionem, prohibet ֫ ad vocem שנתים, qui minor est ֪ ad ארפכשד, indicatque non solas voces את שנתים אחר המבול sed המבול esse repetendas, fit autem sec. B. Schmidium major ipso Atnacho, contra Axiom. Accent. 4. & doctrinam de parenthesi. Unde etiam B. viri translatio exhibita tam in versione, quam in Annot. quia non ausus fuit dicta jam ratione interpungere, alio modo incurrit in Accentus, dum ֫ ad שנה colon, ֪ vero ad ארפכשד tantum semicolon adscribit, & ne sic quidem sensum ab ipso intentum obtinere potest. Maior itaque accentus ad שנתים, quam ad ארפכשד collocandus fuisset, quo ponto, alia deinceps prorsus comparuisset accentum consecutio.

§. 4. A-

§. 4. Alio modo rem aggreditur Gusserius comm. f. 323. *cum, ille* (inquit) *Patris actus, qui uxorem respicit, ut impregnatam, & filium ut genitum sit unus idemque gignendi actus: Ideo tempus, quo vir aliquis* הוליד *filium, refertur ad patris actum in matrem, & ad conceptum filii ut causatum a patre, non autem ad nativitatem filii: actus ille differt tempore ab hac nativitate precedens eam novem mensibus, & interdum fere 10. Unde & sæpius accidit, ut post istum actum nativitas filii cadat in alterum annum numerandum in vita patris: Hoc juvat ad conciliandum Gen. 5. 32. & 11. 10. de annis Noæ & Semi generantium.* Verum enim vero: Habet Scr. aliam satis frequentem locutionem, qua impregnandi actum solet exprimere, וירע את אשתו quam dubio omni procul, ut alias, ita & hic adhibuisset. Et hunc verbi הוליד

significatum, ne unico quidem eoque manifesto ac evidenti loco probavit Gussetius, quod faciendum fuisset omnino. Is enim, quem producit 1. Chron. 2. 18. non habet eandem phrasin cum nostro; neque adeo valide hic locus pro ea significatione pugnat. Et quemadmodum τὸ ילד ipsum *pariendi* actum nativitatemque designat, oppositumque subinde (v. g. Ies. 7. 14. Gen. 4. 1.) habet τὸ הרה: sic quoque in Hiphil הוליד eandem obtinet significationem *gignendi*, non quatenus imprægnationis actum, sed quatenus ipsum partum excludendi tempus innuit, id quod phrasis non tantum הוליד בנים ובנות passim obvia declarat, cuius cæteroquin haud commodus sensus foret: *& impregnavit filios & filias.* Dicendum itaque potius fuisset: וילד את אשתו ותלד וגו *impregnavit uxorem*

rem ſuam, quæ peperit &c. Inſuper illud videtur involvere tempus, quo de patre dici potuit יוליד בן או בת *genuit filium ſeu filiam*, id vero ſub primum imprægnationis tempus cognoſci à quoquam mortalium non potuit. Ex quibus omnibus facile colligitur, יוליד eandem cum ילד obtinere ſignif. *partum* ſc. non *concipiendi*, ſed *edendi*. Et prouti illud pro diverſitate ſubjecti *parere* modo, modo *gignere*, ita & hoc idem ſignificare in propatulo eſt. vide Ieſ. 59. 4. Nec ipſe auctor multum refragatur dicto jam ſignificatui, ſaltem illum non penitus excludit, quando ib. in tab. ſup. cit. ait: *vox textus* שנתים *duobus annis non ponit ſecundum annum completum; & tamen ad hoc quoque ſatisfieri poteſt. Nam id quod Sem anno 100. completo fecit, fecit ut Arphachſad pareretur anno à diluvio ſecundo completo.* Denique quan-

do ibid. scribit Semum anno 100. completo, circa medium anni 101. genuisse Arphaxadum verbis sequentibus: *Sem in hisce mensibus* (7. sc. ac ss. anni 602. Noæ) *potuit gignere nondum natus annos 101. juxta Gen. 11. 10;* Phrasin Scr. non videtur assecutus, quæ perhibet Semum בן מאת שנה genuisse Arphachsadum, quæque non infert annum completum, sed currentem, ut ita loquar, & nondum finitum. Nam בן quando cum nominibus temporis ætatem describit ita, ut nomini temporis sit nomen numerale adjectum, semper denotat annum nondum absolutum, veluti docet Gen. 17. 12. coll. cum Lev. 12. 3. Luc. 1. 59. & Act. 7. 8. it. Gen. 17. 1. conf. erudite de hoc differentem B. Seb. Schmid. de Circumcis. p. 159. ss. itemque Kœnig. in vind. p. 497. ss. Queis observatis illa Aben-Esræ, quæ ad Gen. 10. 21. de numero annorum, qui-

quibus genuerit Noa & Semus, adfert, & quibus Abarbenele loco supra cit. iudice satisfecit argumento ex hoc loco desumto, facile corruent. Quare illis, quanquam nonnullos ex Christianis eodem effugio usos videamus, diutius non immorabimur.

§. 5. Quæ ad Gen. 10. 21. idem movet Gusset. l. c. f. 199. *Sic* ה *inservit ad comparationem, ut notet superlativum, de Sem* אחי יפת הגדול *frater Japheti maximus. Quidam invertunt, ut Japheto attribuant* הגדול, *sed id succedere nequit, nisi etiam addas fuisse maximum fratrum, maiorem & Semo & Chamo. Nam non notat majorem, sed maximum: major alio modo satis noto exprimitur;* leviora sunt quam ut cuiusquam assensum mereantur. Demus enim quod postulat vir clariss. הגדול in superlativo vertendum, ut maximus dicatur Japhetus & Semi & Chami

frater, quod non quidem per ה, sed per loca superius allata certum, nihil inde eruetur quod contra Scripturam. Pessima vero est viri cel. versio, quæ τὸ הַגְּרוֹל contra Accentuum nexum construit cum nomine אחי, quod cum יפת in eodem casu coniungendum monent luculenter accentus, qui alias hoc ordine forent adscripti: אָחִי יֶפֶת הַגְּרוֹל: siquidem versio hæc esset proba ac legitima. Ex quibus facile concidunt quæ commentatus est ad hanc quæstionem Abarben. comm. in pentat. f. 47. c. 4. lin. 15. fin. ff. c. 3. lin. ult. Q. 7. & f. 49. c. 2. l. 7. ff. qui τὸ הַגְּרוֹל haud secus ac Gussetius ad Semum trahit, cujus verba brevitatis studio omittimus.

§. 6. Nec illam Seb. Schmid. Responsionem, quam ad Gen. 10. 21. reiecta illa, quam modo in Gusset. notavimus, adhibet, cum accentibus conciliari posse judicamus.

Ita

Ita vero ille: *utraque sententia tam quæ vertit frater Japheti major, quam quæ frater Japheti majoris cogitur subaudire copulam h. m. patri omnium filiorum Eberi, & fratri Japheti, Quare nobis videtur potius Eber dici frater Japheti & ita vertendum: patri omnium filiorum Eberi, fratris Japheti majoris, h. e. Japheti, qui major est ipso Ebero, quomodo significatur, quod Japhetus fuerit frater Eber, non in eodem aut pari gradu, sed in impari, in quo Japhetus superior &c.* Hæc si ita essent, & non tam Sem quam Eber h. l. frater Japheti major sive majoris appellaretur, cum postrema magis respicerent לְ עבר quam Semum, qui hic vocatur אבי & insuper עבר cum כל בני subsequente אחי in eodem casu construatur, in vocum autem nexu continuato & protracto ultimæ voces propter potiorem respectum, juxta quem distinctionem fit pro-

portio , ordinarie magis conjunctæ ſint quam præcedentes, docentibus id illis qui de Accent. ſcripſere, ex quibus vel ſolum vid. B. Weim. Doctr. Accent. Reg. 2. memb. 2. p. 23. major omnino accentus requiretur in אבי , quam impoſitus eſt τῶ עבר; qui vero alius quam Sakephkaton iteratus; aut quia dominus eſt unius vocis & caret ſervo itemque ſubdiſtinctivo paſchta in eadem ſecum voce, Sakephgadol eſſe non poſſet, prouti ex ubivis obviis conſecutionis accentuum regulis videre eſt. Manifeſtum itaque eſt majorem valorem τῶ ֒ nominis אבי, quam τῷ ֔ in עבר B. virum attribuiſſe, cum ille paſchta h. l. ne quidem ſit diſtinctivus, ſed conjunctivus ֒ vicarius, adeoque peccaſſe illum in Axiom. l. coll. 6. Et ſi vel maxime largiremur eſſe actu diſtinguentem, in axioma 3. hac ratione impingi, tam clarum eſt, quam ſol

lucet

lucet in meridie, quando cœlum est sudum. Fortassis & hæc suboluerunt B. viro, hinc alia ratione se extricare conatur, sub finem notæ jam cit. scribens: *Quod si quis præferat Japhetum dici fratrem Semi, dicetur major Chamo, non natu, sed prælatione patris, per quam Canaan servus factus.* Sed sic adjectum fuisset מחם, cum vero dicatur Semi major frater Japhetus, nec quicquam in hoc capite de prærogativa & patria benedictione tractetur, sed historice saltem Noachi percensetur familia, & גדול absolute positum, vix ullibi dicto in sensu adhibitum probari possit, ut scilicet is, quo cum construitur, permaneat maximus, & vox גדול alium respiciat non expressim quo ille tantum dicatur esse major; vix assensum lectoris impetrabit. Haud absimilem huic constructionem quanquam in pl. vid. 1. Sam. 17. 14.

§. 7. Denique ad Gen. 9. 24. hæc leguntur apud cel. Schmid. *Dicitur Chamus* קטן *parvus, minor, respectu primogeniti Schemi: in cujus respectu omnes subsequentes minores erant ob privilegium primogeniti. Quibusdam hic filius parvus est Canaan, quod pro nobis est, qui Canaanem primum peccasse diximus.* Is quidem respectus non habetur expressus, tutius proinde fuerit, absolute dicta, absolute intelligere: inprimis *cum* observante l. c. Pfeiff. *Vox* קטן *in singulari absolute* (id est non sequente מן) *de ætate usurpata, semper inferat natu minimum* vid. Genes. 42. 13 15. c. 44. 12. 20. 1. Sam. 16. 1. c. 17. 14. nec de Canaane hic sermonem esse, quod voluit jam olim etiam Abarb. loco supra c. f. 47. c. 4. l. 13. fin. (qui insuper suffixum in בנו non ad Noam sed Chamum trahit) per vers. 22. dici posse persuasus sum. Cæteroquin de loco per-

diffi-

difficili conterri poterunt quæ disputata sunt inter celeb. Hardtium in Ephem. philol. & vindiciis easdem insecutis atque inter plurim. Rev. Calvœrium in Gloria Mosis, qua de controversia fortassis in conflictu, quoniam nunc eo excurrere non licet, dicendi erit occasio.

Dictum II. ex 2 Reg. II. 14.

וַיִּקַּח אֶת־אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ אֲשֶׁר־
נָפְלָה מֵעָלָיו וַיַּךְ אֶת־הַמַּיִם
וַיֹּאמַר אַיֵּה יְהוָה אֱלֹהֵי אֵלִיָּהוּ
אַף־הוּא וַיַּךְ אֶת־הַמַּיִם
וַיֵּחָצוּ הֵנָּה וְהֵנָּה וַיַּעֲבֹר אֱלִישָׁע׃

Et accepit togam

Eliæ,

Eliæ, quæ ceciderat ab eo, & percussit aquas, dixitque; ubi (es) Iehovah DEUS *Eliæ? Etiam ille cum percuteret aquas, tunc dividebantur huc & illuc; itaque transivit Elisa.*

§. I.

DIssident interpretes de אֵי הוּא, ignari quo illud trahi referrique debeat, an ad

ad præcedentia, an vero ad subsequentia; Unde alii, quos inter B. Luth. & Arabs, penitus omittunt. Qui ad præcedentia trahunt non uno eodemque sensu id faciunt. Septuaginta Interpretes vocem hebræam in suum idioma non nihil flexam retinuerunt, πᾶ ὁ θεὸς Ηλιὰ ἀφφώ; aut juxta alios codd. ἀπφώ; haud secus ac si nomen esset proprium, de quibus testatur Josephus Antiq. l. 1. c. 6. & 7. Græcis scriptoribus in more esse, ut peregrina & barbara nomina, quantum licet, ad græcam formam emolliant; quodque illis in Euphratis etiam nomine, ex Hebr. פרת הוא derivato, usu venisse doctissimorum quorundam virorum sententia est, quos tamen falsitatis arguit eruditissimus ac celeberrimus Huetius de situ paradisi terrestris c. 16. §. 1. p. 59. edit. Lipsi. De hujus igitur vocis explicatione frustra sudarunt quidam antiqui-

quiorum, quorum verba produxit Heinſ. Ariſt. S. prolegg. **** 5. ſſ. edit. in 8v. quem omnibus interpretibus hic otia feciſſe, recte autumat Sixt. Amam. Anti Barb. l. 3. p. m. 406. Quod enim Reuchlin. l. 2. de verbo mirifico c. 16. f. 927. edit. Piſtorii T. 1. artis Cabb. & Galatinus de A. C. V. l. 3. c. 23. f. m. 212. ex Jeſ. 42. 8. & Pſ. 102. 28. evincere conantur, הוא nomen eſſe divinum, illud judice Sixt. Amam. loc. cit. l. 2. Diſſ. de nomine יהוה th. 4. p. edit. in 4. 297. merito a viris doctis exploſum eſt, cum pronomen illud a propria notione dimovere nihil cogat. Ad præcedentia quoque trahit ex Judæis Abarb. in h. l. f. 270. c. 3. l. 5. ſſ. מיד הכה במי הירדן עם ארית אליהו ואמר בהכאתו איה ה׳ אלקי אליהו אף הוא ר״ל עם חות שנערר אליהו מאתנן הנח לא

לא נעדרת השגחת השם ית׳
מעלינו׳ וזהו איה ה׳ אלקי אליהו׳
כי עם היות שנעדר העבד לא
נעדר האדן׳ ואף הוא ית׳ במקומו
ומעלתו כמו שהיה קודם לזה׳
ובזה המאמר שקרא בשם אלקיו
נקרע הירדן ויחצו המים הנה
והנה ויעבור אלישע *E vestigio*
percussit aquas Jordanis toga Eliæ, & dixit dum percutiebat, ubi est Dominus DEUS Eliæ? אף הוא. i. é. *etiamsi ablatus sit Elia a nobis, ecce non tamen deficit à nobis providentia Numinis benedicti, quasi dicat ubi est Dominus DEUS Eliæ? sc. etiamsi ablatus sit servus, non tamen ablatus est Dominus, ipse enim benedictus (DEUS) est etiamnum in loco suo, & majestas ejus est (nunc) quemadmodum fuit antea. Et per hunc sermonem quo implorabat*

bat dominum Deum ſuum, rumpebantur aquæ huc iſtucve, ut tranſiret Eliſa. Ex Chriſtianis, diverſo licet in ſenſu, huc merentur allegari B. Seb. Schm. philologus inſignis hanc nobis verſionem relinquens: *Ubi eſt Jehova Deus Iſraelis, etiam ille jam adſit: ita percuſſit &c.* & qui ab hoc non multum recedit ſenſu tamen non nihil diſcrepante cel. Guſſet. in Comm. L. H. cujus f. 84. b. G. 2. verba hanc in rem ſunt ſequentia: *Ex his duobus cum pronomine primæ & ſecundæ perſonæ exemplis, ad tertiam translatis, deduxerim expoſitionem* (2. Reg. 2. 14) *ubi Eliſæus ad Jordanem ait,* איה יהוה, אלהי אליהו אף־הוא *ubinam eſt Dominus DEUS Eliæ? heus ille;* *Deum enim ſolicitat hoc epiphonemate, ut ſeſe fortem promptumque præbeat ad vota exaudienda, voluntatemque ſervi ſui implendam,* id

id enim proponitur, super Jordane scindendo. conf. etiam Vulgatum & immortalis famæ Philologum in D. V. Ab altera parte stat, & אף הוא ad sequentia refert R. D K. B. B. f. 408. c. 3. l. 15. sf. אף הוא ויכה את המים אף הוא בעשה לו נס והכה המים פעם שנית אחר שאמר איה יי אלהי ונחצו (addendum forte אליהו) הנה והנה וימ"א אף הוא על אליהו שבא כמו שהיה רוחני והכה את המים ויחצו ויעבור אלישע' *etiam hoc ei factum est prodigium, cum percuteret aquas secunda vice, postquam dixisset: ubi est DEUS Eliæ? ut dividerentur huc & illuc. Sunt tamen qui accipiunt illud* אף הוא *de Elia, quod venerit, postquam spiritualis factus esset, & percusserit aquas, ut finderentur, & transiret Elisa.* Aliter denuo nonnulli ap.

Abarb. l. c. l. 16. ויש מפרשי אף הוא סמוך עם ויכה את המים רוצה רומר שאף הוא אליהו הכה (forte legendum אלישע) המים ויחצו כמו שעשאו רבו.

Sunt interpretes, qui ו׳ אף הוא *explicant tanquam cohærens cum* ויכה את המים *q. d. quod etiam ipse Elia* (Elisa potius) *percusserit aquas, ut dividerentur, quemadmodum fecerat magister ejus.* Allegoricam Judæorum in hæc verba explicationem, quam Raschi, D. Kimchi atque Abarb. commemorant, omitto, ut & quæ R. Levi b. Gerson commentatus est, mox §. 2. afferenda. Ex Christianis pro hac sententia nominasse sufficiat B. Glassium Phil. Gramm. S. l. 3. tr. 7. can. 4. p. m. 806. & Noldium conc. not. 474. qui una cum Pfeiffero plures in utramque partem auctores producunt.

§. 2. Po-

§. 2. Posterior sententia videtur omnino præferenda priori, quæ cum præcedentibus תו אף הוא magis conjungit quam cum subsequentibus, quocunque demum in sensu id fiat, ceu obscurum esse non potest vel leviter ad interpunctionis hebr. notulas attendenti. Sunt enim in præsenti versu duorum diversorum subjectorum verba, scriptoris videlicet sacri atque ipsius Elisæ, ita quidem, ut Elisæ verba scriptoris sacri orationi inserantur in medio, & quasi per parenthesin, adeoque hæc omnium maxime ab invicem distinguenda esse nemo inficias ibit opinor. Hinc post Elisæ verba penitus absoluta Atnachum, qui intra versum prosaicum se non habet majorem, collocandum esse, nemini accentuationis vel leviter perito poterit esse obscurum. Illius enim est in duo hemistichia versum secare. Manifestum

ſtum E. טו אף הוא non debere ſtantibus illis, qui nunc apparent, accentibus, tanquam ab Eliſa prolatum explicari, ſive elliptice id fieri ſtatuas, ſive ſine ellipſi. Hujusmodi enim interpretatio, quomodo eam cunque illam juvare labores, infringitur Axiom. 4. *Accentus ſubdiſtinctivus, quo major eſt dignitatis gradu, eo majorem etiam vim habet ac diſtinguendi poteſtatem.* Namque Atnach vicem imperator multis modis præſtat peſick Munachato, Gereſchi, aut Garſchaim potius, comitis minoris legato, ut vel ex terminis probe intellectis nemini non liquet. Poſceret hoc in ſenſu טו אף הוא Atnachum, qui dein voces in ſua ditione uſque ad ויאמר aliis afficeret exornaretque his nimirum את יהוה אלהי אליהו אף־הוא, Hoc ergo evicto, eſſe טו אף הוא ad ſequentia, non præcedentia, referendum, ulterius nunc

nunc diſpiciendum nobis erit, quonam in ſenſu hoc fieri debeat. Vidimus enim in §. jamdum 1. quod non conſentiant interpretes. Kimchiana expoſitio ob multiplicis ſignificationis particulam ו dubia videtur admodum; quod ſi cum B. Glaſſ. & Nold. ll. cc. vertamus: *Etiam ipſi factum eſt miraculum (ſicut Eliæ); nam percuſſit aquas ſecundo poſtquam dixit, ubi eſt DEUS Eliæ, & diviſæ ſunt huc & illuc;* per accentus illa non conſiſteret. Quamvis enim non majorem tribuat diſtinctionem Peſick Munachato quam Atnacho, imo ne tantam quidem; attamen contra Axiom. 3. *Accent. diſt. ditionis dominus* &c. major reputatur, quam ֿ in המים, quoniam penes illum propoſitio ſimplex ſtatueretur finita, cujus rationes ſubjungerentur mox in verbis ſequentibus, quæ proinde verba magis cohærerent inter

se, quam cum propositione illa, cujus continent rationes. Sin vero is fiat verborum Kimchianorum sensus, quem nos fecimus, quemque verba illius facile admittunt, accentus equidem satis observantur, inprimis si postrema a Kimchio prætermissa reddantur; *Itaque transiit Elisa;* Ellipsis tamen, præter causam admittitur, & bis Elisa Jordanem percussisse statuitur cum 70. & Vulgato absque ullo fundamento. Altera quam sub Interpretum nomine exhibet, non est digna, quæ operose confutetur, quum ne γε̃ quidem de Elia, vel ejus reditu ad hoc edendum miraculum, habeatur in textu. Dubium etiam est non nullius plane momenti, quo illa nonnullorum premitur opinio, qui contendunt ־ in אליהו majorem esse, ׀־ in אף הוא, nihilominus post הוא ellipsin statuunt hujus aut similis sensus

sus יפריד המים, ut dum Elisa DEI imploraret auxilium in verbis; Ubi est DEUS Eliæ? etiam ille -- aquæ ex improviso ruptæ linguam ejusdem sufflaminarint. Hi enim, quicquid dicant, vi superius dictorum coguntur majorem adscribere potestatem, ו quam ־. Accedit, quod verborum immediate postpositorum, ויכה את המים non usque adeo commoda sit cohæsio. Illa, quam Abarb. interpretibus quibusdam tribuit explanatio, quamque amplexi etiam sunt ex Christianis aliqui, satis est egregia, nisi quod ו in ויכה mere conversivum statuat, non simul copulativum, cujus rei plura producit exempla B. Glass l. c. l. 4. tr. 2. obs. 7. p. m. 873. seq. Satius tamen fore, si & hujus particulæ ordinaria significatio queat retineri, nemo inficiabitur. Quare aliter iterum B. Nold. l. c. *quinimo ita percussit aquas, (ut findere-*

derentur (illæ) huc & illuc, & transierit Elisæus. Quam nos interpretationem suo relinquimus loco, dum odo postrema verba ויעבור אלישע ita exponantur, ut novam propositionem constituant simplicem. Utique hoc eo magis pateret, mallem vertere: *itaque transiit Elisa.* Si enim accipiantur quasi in propositione composita conficiant consequentis partem, salvum non maneret Axiom. 3. *Accentus distinctivus dictionis dominus* &c. magis enim distingueret in ea versione ֥ dux major in חמים quam ֣ in וחנה, hosque exigeret juxta leges accentuatorias regulariter אף־הוא ויכה את־המים ויחצו הנה וחנה ויעבור אלישע; vel irregulariter אף־הוא ויכה את־חמים ויחצו הנה וחנה ויעבור אלישע; Huic tamen subjungere licebit optima

ma B. Viri pace, versionem Junio-Tremell. ab illa parum aut nihil omnino in sensu diversam, quam & nos maximam partem voluimus retinere, quippe quæ observat famosissimum אף significatum, & ו tam in ויכה, quam ויחצו, notione accipit ubivis obvia vid. Nold. partic. ו §. 58. & 68. cel. Danzii interpr. §. 193. III. obs. 2. β. & quæ adversus B. Wasm. vind. part. 2. loc. 4. p. 236. B. Hæner. obs. philologico-criticis obs. 6. sub fin. ex Kimchio in Hos. 1. 11. & B. Glass. phil. Gramm. S. l. 4. tr. 1. observ. 7. p. m. 877. differit egregie. Et satis bene, ni fallor, hoc in sensu omnia cohærent, & prono non minus alveo fluunt, quam si ו אף per *quinimo* convertas. Posteaquam enim recensuisset sacer scriptor Elisam orasse, ut spiritus Eliæ sibi adsit duplex portio, ostendissetque conditionem ab Elia peti-

tioni positam fuisse adimpletam, porro nunc declarat quomodo primum hujus rei specimen ediderit Elisa, aquas perinde ac fecerat Elias ita percutiendo, ut dividerentur huc & illuc, quo facto is medium pertransierit Jordanem. Nec causa apparet, cur verba transponi debuissent h. m. וכאשר אף הוא יכה (aut הכה) את המים וגו׳ Egregie hæc, si quisquam alius, complexus est R. Levi b. Gerson, cujus proinde verba integra huc apponere non pigrabimur; ita vero ille B. B. f. 408. c. 4. l. sui comm. 14. ff.

אף הוא ויכה את המים ויחצו הנה והנה׳ רל אף הוא כאשר הכה את המים הנה נחצו תכף הנה והנה׳ ואחשוב כי לא הכה אותם אלא פעם אחת ובפעם ההוא אמר איה אלהי אליהו וספר הכתוב שגם אלישע הגיע לזאת המעלה שהגיע אליהו

אליהו והוא שכאשר הכה את
המים נחצו הנה וחנה: *verbis illis*
אף הוא ויכה את המים וגו׳
vult innuere: etiam ipse, cum percußisset aquas, ecce (tunc) diviſæ ſunt illico huc & illuc. Nam exiſtima vero, percußiſſe illum aquas non niſi ſemel, & eodem tempore dixiſſe, ubi DEUS Eliæ. Commemorat vero Scriptura, quod etiam Eliſa ad eundem pertigerit miraculorum gradum, ad quem pervenerat Elias, qui & ipſe cum percuteret aquas, dividebantur huc & illuc.

§. 3. Quum autem plerosque hic offendat Peſick inter ויכה & הוא interjacens, non erit extra oleas, hac occaſione illius naturam paulo clarius exprimere, ac exemplis luculentis illuſtrare, ad vindicandam ab omni corruptione Scripturam, quæ aliquando ex eo minus recte intellecto eidem fruſtra impingitur, multaque loca cætero-

teroquin δυσνόητα facilius intelligenda. Est vero Pesick ex accentuum doctrina geminum, Euphonicum unum, distinctivum alterum. Et illud quidem dicunt virgulam inter duas voces positam, quæ servum quendam actu talem semper habet præmissum. Hoc vero inquiunt esse virgulam stationariam, quæ semper postponitur aut accentui distinctivo, aut servo cuidam herili dignitate pollenti. Quod si rem verbis clarissimis enunciare velimus, dicemus omne pesick esse accentum nonnisi Euphonicum, illum vero cui jungitur, esse modo conjunctivum, modo distinctivum; Unde ipsum pesick nonnulli dispescuerunt in Euphonicum, quod servo ut tali conjungitur; & in distinctivum, quod accentui distinctivo postponitur. Cum vero ex his facile liqueat, semper in dubio casu esse ad accentum τὸ pesick præ-

præcedentem recurrendum, atque ex illius diversitate de diverso τῦ Pesick officio judicandum, satius fuerit ad faciliorem rei conceptum Pesick non nisi unum idemque statuere ubivis locorum sc. Euphonicum, siquidem non tam ipsum quam is, cui associatur, accentus distinguit. Si vero Pesick tunc etiam, quando servum actu talem sibi præmissum habet, distinguit, sequeretur unam eandemque vocem eodem respectu sequenti esse conjunctam per servum, & denuo ab eadem separatam per accentum aliquem Euphonicum. Certe prouti Metheg voci accentum servum habenti adjectum eam non dirimit a subsequenti; ita nec Euphonicum Pesick idem præstitisse dici potest. Ubi autem res fuerit dubia, recurrendum ad dictamen Grammaticum & Logicum partim, partim ad consecutionis regulas, ex quibus patebit evidentissime, quomo-

modo in plerisque locis omne exulet dubium. Sin vero his omnibus obſervatis res nihilominus in ſuſpenſo maneat, quod ſubinde v. gr. in ditione Ducum minorum & Gereſchi obtinere ſolet, tunc certum indubitatumque ex Peſick argumentum necti haud poſſe perſuaſi ſumus. Hæc ut eo rectius innoteſcant applicabimus ea, quæ hactenus ſunt dicta ad noſtrum locum. Et hic quidem diffiteri non poſſumus, Peſick, ſi cum accentuatoribus loquendum, eſſe diſtinctivum. Eſt enim ex dictamine Grammatico penes cunctos accentuationis peritos extra controverſiam τὸ אף־הוא ob nexum protractum denuo fuiſſe â ויכה divellendum, cum hebraice nunquam tres voces poſſint connecti. Ex quo nemini non liquet, ־ ei appoſitum vices Gereſchi aut Geraſchaim gerere. Exinde autem perperam concluditur ad præcedentia potius, quam ſubſequentia verba illud

illud in versione trahendum esse. Quamvis enim communiter admittant accentuatores Pesick aliquod distinctivum, nunquam tamen eidem tantam adscribunt potestatem, ut vocem suam à sequente divellat, & ad præcedentia referendam esse doceat; quin potius statuunt, licet aliquam habeat distinguendi separandique vim, illam tamen præmisso accentu distinctivo majore semper esse minorem. Eximia est observatio, quam celeb. maximeque Rev. Dn. D. Majus in Theol. jud. p. 119. affert hanc in rem. *Accentus ille Pesick non semper tantam infert distinctionem, imo nunquam tantam, ut positus post accentum majorem, ipse faciat distinctionem majorem antecedenter, sed semper minorem & consequenter.* Rem, si magis perspicue velis, sic habe: Accentus ֥ adjunctum habens Pesick non nisi comes minor est, qui ma-

magis quam vice imperator ֑ distinguere non potest.

§. 4. Cum autem contraria juxta se posita magis elucescant, e re fuerit, aliquot insuper exempla contemplari τοῦ Pesick, quod vocant, mere Euphonici. Et hic se nobis offert 1 Sam. 2. 16. & Jerem. 23. 6. de quibus bona lectoris venia paucis ad uberiorem dictorum illustrationem. Et 1 Sam. 2. 16. quidem circa לו nota quædam Masoretica invenitur variantis lectionis index, & in margine exhibetur לא, quæ interpretibus negotium facessit, ut hic affirmativam, ille negativam præferat significationem. Quod posterius Vir quidam celeb. de A. K. & K. l. 1. c. 4. p. 72. conatur quoque ex accentuatione, & in specie ex ֒, quo apparet τὸ ואמר affectum, evincere. Verba illius hæc sunt: ואמ֣ר֑ ל֔י כִּ֖י עַתָּ֣ה תִתֵּ֔ן *ille dicebat: nequaquam. Sed*

nunc

nunc dabis. Hunc ſenſum etiam innuit accentuum diſpoſitio, Peſick enim Mappachatus (Munachatus fortaſse legendum ſcribendumve) *Vocem* אמר *à ſequenti* לו *Sakephata divellit eo fine, ut actus reſpondentis a responſo diſtinguatur.* Enim vero eſſe hoc Peſick in præſentiarum mere Euphonicum, vel ex Munacho liquere poterat, qui in tali conſecutione poſt ֗ nunquam & nuſpiam eſt diſtinctivus, ac proinde nec ipſum diſtinctionis poterit obtinere valorem. Quod ſi dentur aliqui Codd., qui hic Jethif vicarium ׳ֽ paſchtæ agnoſcant in אמר (quod inde colligo, quoniam vir cel. *Peſick Mappachatum* appellat, qui Peſick Munachatus fuiſſet dicendus. Jethif autem & Mahpach quoad formam convenire notum eſt) illi manifeſto ſunt vitioſi, quia Jetiph non ponitur, niſi in voce, quæ tonum habet in prima ſyllaba, non

incipiente à scheva. Requisitus ergo hic omnino fuisset, si à sequenti לי divelleretur, nec Munach, nec Mahpach, nec Jethif, sed Paschta תּ Sakeph Katon subdistinctivus minor. Cæterum hic existimamus commodissime servari posse טו Cetiph hoc in sensu: *Tunc dicebat illi, profecto (imò) jam dabis, quod si non, accepturus sum vi.* Quoties enim cunque nihil obstiterit, tutius crediderim retineri Cetiph, quam Keri; hic autem loci quicquam obstare non video. Saltim nihil attulit, quod ab illo nos dimoveat, Clarissimus Vir commemoratus, nec etiam B. Nold. Concord. partic. Hebr. p. 485. & not. 1442.

§. 5. Alterum quod concernit locum ex Jerem. c. 23. v. 6. ad illum commemorat Abarb. in proph. post. f. 101. c. 4. l. 11. fin. ff. aliquot interpretes, qui verba ita voluerint constructa, ut nomen Messiæ sit tan-

tantum צדקנו non conjunctim
ויש שלא חית שם יהוה צדקנו.
המשיח אלא צדקנו בלבד לא שם
ח' ויהיה פי' הפסו' וזה שמו אשר
יקראו הי כי הוא יהוה אז הקורא
אותו בשם צדקנו *Sunt qui explicant, ut non sit nomen Messiæ nisi* צדקנו *tantum, non autem* יהוה צדקנו, *ut sensus sit h. l. Et hoc erit nomen ejus, quo appellabit eum Jehova. Nam ille tunc constituitur vocans illum nomine* צדקנו. Sed meriro diffidit huic sententiæ diligentissimus & accuratissimus cohærentiæ Scripturarum scrutator, ut mirum aliquem Christianorum hic fontes passæ a Judæis depravationis per accentus accusare potuisse, quemadmodum constat feciisse Kolhansium, qui Lyranum incaute sequitur, in Exerc. Glott. p. 334. ubi inter alia de loco Jeremiano ita sermocinatur: *Accentus pesick textum corrupit: distinguit enim no-*

men Jehovah à sequenti voce צדקנו, *& indicat illud nomen divinum subjectum esse enunciationis, non autem huc pro subjecto trahi debere nomen Israel aut aliud assumendum vel subintelligendum. Sensus Ergo jam hic esset: hoc est nomen ejus, quo vocabit eum Dominus justitiam nostram.* Licet enim Vir quidam magni nominis commentario in h.l. p. 345. perversam illam interpretationem in *Cornelio*, *Ghieslerio*, *Sanchetz*, & aliis minus feliciter confutet verbis sequentibus. *Verum Methegl, sive accentus Hebraicus positus sub verbo (vocabit eum) in Hebræo facile ostendit, hæc duo verba Jehovah justitia nostra non esse separanda, sed esse nomen proprium & unum attributum Messiæ.* Cum Metehg in dicta voce non existat, & in ea ne quidem existere possit, nec si adesset quicquam ex eo valide concluderetur pro eo, quod verbum separandum, Jehovah vero & צדקנו tan-

tanquam Messiæ nomen conjungenda, cum eidem distinguendi munus nunquam competat. Recte tamen Aben-Esra in Exod. 18. 3. ubi de nomine Gerschom & Samuel differit, adversus Gaonem judicat, eam per accentus stare non posse. Verba Aben-Esræ B. B. f. 79. c. 3. l. 6. fin. hæc sunt: אמר הגאון כי חשם רבק עם מלת יקראו ושם המשיח צדקנו והנה הוא מטעה בעל הטעמי ששם טרחא במלת יקראו כי הפרש גדול יש בין ויקרא בשם יי הכתוב באברהם שהטרחא במלת ויקרא ובין ויקרא בשם יי הכתוב בספר מושה כאשר אפרש במקומו: *Dixit Gaon nomen Jehovah cohærere cum voce* יקראו, *nomen autem Messiæ esse* צדקנו *justitia nostra. Sed ecce ille erroris arguit auctorem accentuum, qui posuit Tarcha* seu Tiphcha *in voce* יקראו.

יקראו. *Nam magna differentia est inter phrasin* ויקרא בשם יי *quando usurpatur* (Genes. 12. 8.) *de Abrahamo, estque Tarcha in verbo* ויקרא, *& inter eandem* (Exod. 34. 5.) *in historia Moſis adhibitam* (accentu ſaltem mutato) *quemadmodum ſuo loco dicturus ſum.* conf. eund. ad Exod. loc. poſtremo c. Ut abſurdum ſit, Maxime Rev. Dn. D. Majo in Theol. jud. p. 119. judice, ſenſum vocis Tiphcha notatæ continuare per vocem Tiphchatam, ita ut per vocem ſequentem Peſickatam terminetur. Quæ amplius confirmari poſſent ex Ez. 48. 38. 2. Reg. 3. 16. Geneſ. 3. 15. c. 22. 14. Exod. 23. 17. Jeſ. 26. 3. Joſ. 22. 22. Hinc lucem fortaſſis aliquam accipiunt Deut. 6. 4. Joſ. 22. 22. Jeſ. 3. 6. & Pſ. 50. 1. in quæ vide ſis ea, quæ commentati ſunt viri undiquaque celeberrimi deque literis his immortaliter meriti B. Bohlius in tr. *de iis quæ DEO proprie competunt* p. 1. Joh. Steudnerus

nerus in libello germ. de mysterio DEI Trinunius. Wasm. vind. part. 2. Loc. 6. p. 238. Seb. Schm. Coll. bibl. I. p. 83. ff. Beck. in Disqq. hermeneut. p. 88. f. & inprimis Varenius Decad. Mos. in Deut. p. 23.

Dictum III ex Jes. XL, vers. 3.

קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ דֶּרֶךְ
יְהוָה יַשְׁרוּ בָּעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ׃

Vox (est) clamans, in deserto parate viam Iehovæ (Domini); rectificate in solitudine semitam DEI nostri.

ex consecutione itemque Axiom. 5. cum 6. coll. adeo est manifestum, ut quid solide in contrarium afferri queat, non videam. Hoc namque evincunt seqq. Scr. ll. huic quoad accentuum positum ex asse parallela 2. Reg. 1. 6. Deut. 15. 4. c. 18. 14. c. 28. 8. Dan. 9. 18. & 22. Exod. 33. 11. ad quem in eundem lapidem impingunt. Tremell. in Versione & B. Lund. Jüdischen Heyligt. l. 1. c. 1. fol. 2. b. Plura qui desiderat reperiet illa magno satis numero apud accentuatoriæ doctrinæ auctores, quo remittimus. (2) Esse hanc posteriorem loci versionem omnino præferendam priori suadet contextus, ubi extra omne dubium est, in posteriori hemistichio בערבה . esse construendum cum ישרו מסלה לאלוהינו. Qua de re jam olim scripsit alter Martinus Harm. Evang. c. 16. *de particula in deserto, disputatur, quo sit referenda. Apud Hebræos videtur ad sequentia referenda:*

da : Sicut sequens membrum ostendit in solitudine parate semitas ejus.

§. 3. Ne tamen quicquam relinquamus in præteritis, age videamus, quæ contra datam modo expositionem soleant afferri, eaque diluamus breviter. Sequemur autem hic vestigia Thilonis, qui l. jam c. ea exhibet in compendio, quæ alii tradiderunt pluribus, (1) quidem respondet Piscatori, in quo illam confutat sententiam, *accentus distinctivi non semper vim suam obtinent, ut patet in Sakephkaton.* 2. Sam. 15. 34. Jes. 5. 30. Jerem. 15. 3. Et hic excurrere possemus in reliquos etiam accentus distinctivos nostro Sakephk. vel majores vel minores, quos omnes distinctionis valorem sæpius amittere, pluribus Sacræ S. dictis evictum eunt Nold. Conc. not. 1162. ubi varia exhibet de *Rebbia Sakephk. Sakephg. Atnach & Sylluch* (potius Sylluck) exempla,

Lud.

Lud. de Dieu in animadverſ. Hac-ſpan. not. Kolhanſius Exerc. Glott. & qui non? Nec enim defuerunt, qui cum Lud. de Dieu ex primo Geneſ. verſu illud comprobarunt invictè (ſcilicet.) Sed cum hæc prolixiora ſint, quam ut hic queant examinari ſingula, alii loco & tempori ea reſervamus, maxime cum pleraque jactis probe doctrinæ accentuatoriæ fundamentis ita ſint comparata, ut vix ac ne vix quidem lectoris cujuspiam ſint impetratura, aſſenſum, aut eum, quo minus in hanc noſtram ſententiam pedibus eat, remoratura. Contenti ergo erimus ea examinaſſe vel duobus verbis, quæ attulit Thilo ex B. Calov. Bibl. illuſtr. de cæteris par erit judicium. Circa 2. Sam. 15. 34. in עברך quidam codd. nominatim Leusden. & Clod. uterque, vitiosè agnoſcunt ÷ quem accuratiores e. g. Venet. in 4t. 1544. in fol. 1525. Ar. Mont.

Mont. Antvverp. 1572. it. ea quæ cum annot. Vatabli hebr. gr. & lat. ex officina Sanctandreana in fol. 1586. est emissa & Berol. ignorant, ut alibi ostensum. Reliqui tres Sakephk. qui in eodem versu habentur adeo sunt necessarii, ut non possint non adesse. Ita vero sonant verba: *Quod si in civitatem reverteris; dicesque Absalomo, Servus tuus ego ô Rex! ero: servus patris tui ceu ego (fui) hactenus, ita nunc etiam ero ego servus tuus: Tunc irritum facies mihi ipsum illud consilium Achithophelis.* Ubi quoad duos priores Sakepk. nullum prorsus dubium, & ne umbra quidem illius supereſt. Tertius vero qui in ditione Sylluki, quamquam adeo sensibiliter non distingvat, ut ejus valor per majores Latinorum interpunctiones possit exprimi, est tamen vi dictam. Gr. & Log. æque ac reliqui necessarius, Hebræos enim tam esse

se accuratos in conjungendis divellendisque ab invicem vocibus, ut nunquam tres voces immediate consequentes possint connectere, notius est, quam ut hic prolixe moneri & inculcari debeat. Recte igitur ֑ impositus est voculæ את, cum אחיתופל & עצת sint ejusdem naturæ voces; hincque cum τὸ לי, quod cum את plane non cohæserat, denuo postularet distinctivum, non poterat is esse alius quam ֑, siquidem voces quæ non cohæserant per reg. aliquam syntacticam, majorem poscunt distinctivum, quam quæ cohæserant; את vero cum עצת cohærere in propatulo est etiam apud eos, qui nondum ære lavantur. Alter vero locus ex Esa. 5. 30. desumtus majori obnoxius est difficultati, exercuitque interpretes plerosque. Abarb. in proph. post. f. 14. c. 2. lin. 34. seqq. post allatam expositionem suam qua חושך צר connectit

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1046136291/phys_0078
DFG

nectit & *tenebras inimici* vertit, ingenue fatetur זהו חנראה לי בפירוש הפסוק הזה עם שאינו מסכים לבעל המעמים שסמך צר לאור לפי שדרכי המפרשים בביאורו לא ישרו בעיני

Hoc mihi visum est circa explicationem hujus versus, etiam si illud non conveniat cum auctore accentuum, qui connectit צר *cum* אור, *quoniam sententiæ interpretum ad illius explicationem allatæ, non placebant.* Quum tamen alibi e. g. in Proph. Post. f. 80. c. 3. l. 26. accentus magni faciat & contra dissentientes urgeat. Eadem tradit Kimchii Epitomator R. Salomon Ben Melech in Michlal (non Michlol, ut famigeratissimus criticus Gallus Simon Hist. crit V. T. l. 3. in catal. auct. hebr. legit) Iophi. f. 87. c. 4. l. 4. circa fin. Et ex Christianis in Accent. multifariam impingunt Tremellius, Seb. Schm. in versione, in comment.

ment. enim hunc locum silentio præterit, Vulg. Opinor tamen adhibito §. 194. II. 3. itemque §. 18. Interpr. Vener. præcept. nostri Danzii dubium omne esse sublatum hac versione: *Qvum adversus illos fremet tempore isto sec. fremitum maris, tunc intuebitur in terram, sed ecce tenebræ erunt, arctum & lux* (i. e. arctissima lux, & exgiua, quæ adhuc spes supererat,) *obscurabitur in decollationibus seu ruinis Ejus* (terræ) conf. B. Glass. Ph. S. l. 3. tr. 1. can. 6. p. m. 392. s. ubi exemplorum magna reperitur copia. Aut si mavis, amplectare hanc pie devener. nostri Danzii versionem, quam in coll. super Jes. exhibuit: *Qvum adversus ipsum fremet in die illo juxta fremitum* (tempestuosi) *maris; tunc intuebitur in terram & ecce caligo: Rupes & (ipsa) lux obscurabitur in decollationibus ejus:* vel quam deinceps suppeditavit, laudatus

tus modò Danzius: *Socius* (scil. exercitus, ut 1. Sam. 1. 6. Lev. 18. 18. Exod. 12. 34. Hos. 4. 19. c. 13. 14.) *ac lux* ipsa *obscurabitur in decollationibus ejus*: i. e. non tantum in proprio imperio nil nisi miseria; sed etiam Socius salutem allaturus mutabitur in adversarium, vastationis tempore. Quamcunque elegeris expositionem tenori accentuum omnino satisfiet & sensus erit commodissimus. Tertius locus ex Jerem. plane est impertinens, ut mirer, quid in mente fuerit Thiloni eundem alleganti, conveniunt enim accentus tam egregie cum sensu quem Luth. Tremell. & Seb. Schm. in versione faciunt, ut magis cum illo convenire haud possent. Quod (2) porro ait Thilo: *Etiam ad* מרבר *accentum distinctivum esse, quo a sequente distinguatur*, id non inficiamur ita esse, sed sententiæ supra expositæ nihil officit prorsus, quia non

disceptatur de illo, habeatne hoc accentum distinctivum an conjunctivum; sed an ejus accentus majoris sit valoris & potestatis, quam is est, qui קרא ϛῷ insidet: quod negamus ac pernegamus vi superius dictorum. Quod autem ϛὸ מדבר nihilominus accentum distinguentem, & quidem illo, qui in פנו est, majorem agnoscat, nemini movebit dubium, qui vel leviter Dictamen Gr. & Log. attendit, juxta quod aliter contingere non potuit. Sed illud pluribus hic exponere instituti nostri ratio haud permittit: remittimus ad obvios quosque accentuum libellos. Tertio inquit: *Neque Johannes, de quo hic sermo, ut mox demonstrabimus, volebat Judæam vacuare suis incolis, eosque facere eremitas, ut scil. in deserto pararent viam domino, sed ad eum in deserto degentem & clamantem exibant e vicis & urbibus Judæ, ut eum vide-*

viderent & audirent. Hoc argumentum ex Corn. à Lapide desumtum admodum est imbecille & plane invalidum. Prouti enim ex posteriori hujus versus hemistichio *complanate in solitudine semitam DEI nostri*, nulla ratione colligi potest, quasi Johannes Judæam suis voluisset vacuare incolis; ita nescio quibus id fidiculis ex priori possit extorqueri. Fatetur enim ipse jam laudatus autor *desertum* hic loci significare locum minus cultum, non tamen plane inhabitatum: uti Josuæ 15. 61. 62. Et quid? si quis diceret, desertum & locum campestrem non terreno, sed spirituali in sensu de cordis animique deserto esse accipienda; ei certe faverent quatuor N. T. Evangelistæ, ex quibus Matthæus hæc verba adducit post concionem Johannis μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Lucas post migrationem illius ex de-

 serto

ſerto in loca Iordani finitima. Marcus autem & Iohannes omiſſa prorſus deſerti, in quod egerat prædicaratque Baptiſta, mentione, ea non minus ac reliqui adducunt integra, omiſſuri dubio omni procul τὸ *in deſerto*, ſi ad Iohannis præcise deſertum illud reſpiceret. Quæ obſervanda ob cel. Guſſetii L. E. Com. f. 737. a. M. gloſſam: *Sed multi maluerint has difficultates evitare neglectu hujus accentus: & ſimul retinere deſerti materialis ſignificationem: quam ſane Evangeliſtæ reſpexiſſe videntur eo modo hoc oraculum allegantes, ut ſi impleretur non ſolum adventu ac prædicatione Iohannis, ſed etiam quod in deſerto eſſet.* Reliqua etiam verba, nemine hoc diffitente, ſunt Metaphorica. Sed quid in re aperta multis opus eſt verbis? Majus robur ineſſe videtur rationi, quam pro ſtatuminanda contraria noſtræ ſententia urget ibidem

dem, dum scribit: *Conjungendum hoc* (in deserto) *est non cum sequenti voce parate, sed cum præcedente clamantis, auctoritate Evangelistæ.* Matth. 3. 3. Cui & reliqui tres jungi potuissent. In quo solvendo dubio, tanto erimus breviores, quanto majori cum studio ac opera, id executus est B. Wasm. l. supra c. dicendo, sæpissime Evangelistarum, Apostolorumque allegationem à V. T. quoad voces etiam ac phrases discrepare: ex qua tamen differentia nemo inferre ausus sit, V. T. voces atque phrases in explicando aliquo V. T. dicto insuper esse habendas. Tametsi singula quæ ad prob. adhibet exempla, nostra non facimus; persuasi aliquot ex illis (e. c. Actor. 13. 41. cum Hab. 1. 5. Rom. 9. 33. cum Jes. 28. 16. Rom. 10. 18. cum Ps. 19. 5.) egregie invicem conciliasse in eruditiss. notis portæ Mosis annexis Pocockium: In eo tamen, quod ca-

put rei est, pollicem omnino premimus B. Viro, & ejus sententiam locis quam plurimis fulciremus, si judicaremus necessarium. Interea vid. Noldii Concor. Not. 645. conferri etiam merentur, quæ de N. T. interpunctionibus disseruerunt Crojus observ. sacrarum part. 1. Stolberg. in pec. diss. quæ est septima inter eas, quæ subjunctæ sunt græcæ linguæ Exercitationibus. Maxime Rev. Dn. D. Majus adversus Sim. Hist. Crit. N. T. c. 33. §. 5. & 6. cujus verba, quæ habet in præf. εἰσαγωγικῇ in Poli Synops. c. 2. III. huc placet adscribere: *Caute hic versari debet interpres, ne vel nimium tribuat receptis interpunctionibus, vel temere ab iis recedat. Quanquam enim salva fide atque pietate recedere alicubi ab iis liceat, imo necesse quandoque sit, ne solœcismos concedamus (vid. exemplum luculentum Apoc. I. 4. 5. 6.) ita tamen non facien-*

faciendum ante est, quam omnia interpretandi media tentata fuerint, & vitium manifesto compareat. Perpende insuper ex multis hæc pauca exempla Marc. 14. 69. coll. Matth. 26. 71. Luc. 6. 2. coll. Marc. 2. 12. videsis B. Seb. Schm. Fasc. Diss. philol. Theol. in 8v. Disp. 8. De Sabbatho δευτεροπρώτῳ §. 29. p. 499. s. Matt. 15. 5. in quem conf. B. Stolb. l. c. Exerc. 10. c. 1. §. 7. c. 2. §. 1. & B. Schm. l. c. Disp. 10. §. 15. p. 560. Act. 1. 4. de quo vid. Knatchbull. animadvers. qui plura hujusmodi loca suppeditabit. Sed ne quicquam, quod pro contraria sententia allatum reperio, studio reticuisse videar, pauciss imis discutiamus tria, quæ hic præterea movet laudatus modo Gusset. l. c. solutu facilia (1.) inquit, קוֹל *alibi non dicitur pro titulo quasi præmisso aut subjuncto sermoni cujuspiam, hoc sensu, hæc est vox illius. id est, istud dicit ille; id*

exprimitur per דָּבָר *vel* נְאֻם, *forte & per alia, sed per* קוֹל *nunquam* (2.) קוֹל *vox, nude ponitur pro supernaturali quadam voce sine organis miraculose formata; itemque pro quadam promulgatione per aliquot præcones longe lateque transeunte; nec hoc sine verbo* הַעֲבוּר, *neutra tamen ratio congruit Johanni Baptistæ, ut nec sermoni Esaiæ.* (3.) *Hoc insolitum est, quod nomen ejus præponatur verbo actionem in ipso exercendam designante.* Primum atque secundum per sequentia Scripturæ S. loca infringitur, inprimis si non negligantur accentus. Cant. 5. 2. Jes. 6. 8. Jer. 33. 11. Quoad tertium conferre licebit Hos. 6. 10. Thren. 4. 19. Num. 14. 29. coll. 32. Hæc cum sint satis clara & perspicua, ut brevis sim, pluribus jam non deduco.

§. 4. Proximum jam est, ut de iis, quæ restant, agamus etiam paucissimis.

similis. Et hic iterum est in aprico τὸ יהוה pariter & לאלהינו neutiquam in dativo, sed genitivo esse efferenda, quod in priori hemistichio adeo luculenter evincit accentus conjunctivus יהוה & דרך connectens, ut cœcus sit qui hoc non videat. Unde etiam quatuor Evangelistæ Θεῦ dicunt, non Θεῷ. De altero autem hemistichio res magis videtur dubia, quum מסלה non tantum per ֫ accentum distinctivum a seq. לאלהינו divellatur, sed huic etiam nota dativi ל sit præfixa, nec מסלה appareat in statu constructo, sed absoluto positum, dicendum alias potius מסלת, ut videmus Hackspanium simili argumento Deut. 29. 28. contra B. Lutherum disputare Notis phil. P. 1. p. 600. seqq. Quæ fortassis permoverunt Luth. Tremell. Schm. aliosque, ut mallent in dativo illud enunciare, quam in genitivo. Sed facile con-

cidunt hæc omnia, si perpendamus (a) Tiphcham, qui ad מסלה habetur, figura quidem distinctivum, hoc autem in loco valore & officio esse conjunctivum. Nec enim insolens est in accentuum doctrina, ut pro conjunctivo substituatur interdum distinctivus, & contra, ubi tunc pro indagando ex accentibus sensu probe observandum cujus ille vices gerat, nam illius sequitur valorem ac potestatem. Illudque hoc contigisse in loco, evincit ֣ in בערבה pro quo cæteroquin ֭ eidem fuisset imponendus. Quoniam nec בערבה cum מסלה, nec hæc cum לאלהינו fuisset construenda, & hæc in sensu magis respexisset τὸ ישרו, quam ullam reliquarum. Hæc proinde esset accentuum facies: ישרו בערבה מסלה לאלהינו Equidem negari non potest nec debet, si regularis observata esset accencentuum consecutio, alios & ab iis, qui

qui jam in ſacris comparent, diverſos collocandos fuiſſe accentus, hos nimirum: ישרו בערבה מסלה לאלהינו: attamen idem omnino præſtat irregularis, quæ hic obtinet, ſequela: qua, ſenſu nil quicquam mutato, ſylluck in tertia voce diſtinguenda pro ֭ adhibet ֫, ſubſtituto amplius pro ſervo his interjacente ֭. Exempla vid ap. B. Weimar. doctrin. accent. reg. IV. ſect. 1. Memb. 2. (3.) aliosque. Et ita quoque acceperunt Evangeliſtæ ſubſtituentes pro his: ἐυθείας ποιεῖτε τὰς τρίβȣς ἀυτȣ̃. (β) לאלהינו ל τῷ præfixum non dativi modo, ſed aliquando etiam genitivi caſus notam eſſe, ac efficere, ut nomen præcedens alias in forma conſtructa efferendum, permaneat invariatum, docet celeb. deque nobis immortaliter meritus Danzius interpr. §. 20. II. & Nold. concord. p. 464. & 466. vid. Pſ. 116. 15. Num. 1. 50. 33. quæ ſi animadvertiſſet B. Hac-

Hacſpan. l. c. non ſcripſiſſet: *quo minus verſio B. Luth. ſtare poſſit, obſtat ipſi* (3.) ל *quod nomini proprio* יהוה *præfixum eſt* (4.) *participium* הַנִּסְתָּרוֹת *quod miror nec Lutherum in textu vertendo, nec Amamam in Luthero vellicando obſervaſſe. Si enim eſſet in regimine poſitum, non potuiſſet dici* הַנִּסְתָּרוֹת *cum Kamez, ſed dicendum fuiſſet* הַנִּסְתְּרוֹת *cum ſchva, juxta Horologium Schickardi can. 116. & 117.* ita enim B. vir alios correcturus gemina ratione impingit, ut obſcurum non erit conferenti cel. Danz. interpr. §. 57. 2. quamvis alias ejus rationes ibi allatas non improbemus, nec B. Luth. invita particula ו in והנגלות & accentu ֑, jam defendere animus ſit.

Di-

Dictum IV. ex Proverb. XIX. 7.

כָּל־אֲחֵי־רָשׁ׀ שְׂנֵאֻהוּ אַף כִּי
מְרֵעָהוּ רָחֲקוּ מִמֶּנּוּ מְרַדֵּף אֲמָרִים
לֹא־הֵמָּה׃

Omnes fratres pauperis oderunt eum; quantomagis Socii ejus elongabunt se ab illo? persequente (paupere sc. amicos suos) *verbis, non illi* (ad-

erunt

erunt vel respondebunt.)

Nota: Vitiosa hic est multorum codicum punctatio qui כֹּל *apponunt* ־ *cum Kametz h. m.* כָּל; *corrigenda igitur est ea ratione, qua ostensum. Quod tam usus vocis* כל, *quam accentuum sequela invicte commonstrat. conf. B. Weim. Doctr. Acc. Reg. IV. Sect. 2. membr. 4. (10.)*

§. I.

Difficultatem parit in ultimo hemistichio particula לא circello insignita, qui notam indicat Masorethicam. Nimirum Masora magna Lev. 11. 21. quindecim loca annotat, in quibus לא, per א *non* positum sit pro לו per ו *ei*, quibus tria insuper alibi adduntur, quæ singula allegata vid. a Buxt. lex bibl-

bibl. ad hanc parriculam, & Nold. Conc. p. 487. & 1012. In hæc dum incidunt interpretes ac philologi, diversimode circa illa versantur, quorum discrepantes sententias cognitas vulgo, huc referre nil attiner. Vir quidam celeb. & de philol. Sac. meritissimus prouti in A. K. & K. id agit, ut utramque probet lectionem unum semper eundemque sensum reddentem à Spiritu Sancto profectam originem suam debere Esræ, qui ut tantorum quanta ipsi Esr. 7. 6. 10. 12. tribuunrur nominum mensuram impleret, volumina sacra bis aut amplius exarando vel recensendo divino agitatus afflatu vocem voce, literam litera interdum permutarit vel transposuerit, alia addiderit, alia aboleverit, nonnulla denique ex Chaldaismo asperserit; quas lectiones diversas Masorethæ postea, ne quicquam, quod esset un-

unquam à DEO profectum, intercideret, uno quodam symbolo in textu posito elegantissime ad posteritatis memoriam transmiserint: vid. l. 1. c. 1. p. 12. & 13. it. p. 23. 24. & 25. Ita quando ibi c. 4. hujus etiam voculæ meminit, de illa p. 59. suam ita expressit sententiam: *Nos veterum vestigiis insistentes cum Masorethis dicimus* לא *poni per antistoichiam pro* לו *pronomine, &* לא *cum* א *idem valere ac sonare, quod* לו *cum Vau* Ei. Singula deinceps loca percurrit, ac de præsenti sequentem in modum disserit p. 65. לא Proverb. 19. 7. מְרַדֵּף אֲמָרִים לֹא הֵמָּה: *varie reddunt: Piscator, Geierus, & Vulgatus: persequitur verba & non sunt, i. e. ventus sunt, & conatus ejus est frustraneus. Junius & Tremellius: Persequente verbis non sunt ii, puta qui ante fuerant. Car. Persequitur quidem eos verbis supplicibus sc. & submissis, ipsi non sunt i. e. non*

i. e. non se fratres & socios præstant. Horum expositioni refragatur accentuum positus: מְרֵעַ אֲמָרִים לֹא־הֻמָּה *hanc enim pariunt versionem: insectatur, verba illi sunt, i. e. cum de amicorum perfidia conqueritur, nil præter inania verba reportabit. Insectando mera amicorum verba lucrabitur. Junio-Tremelliana hos accentus exigit:* מְרֵעַ אֲמָרִים לֹא־ הֻמָּה׃

§. 2. Non jam lubet nec vacat in cel. Viri sententiam de notulis ac symbolis Masorethicis inquirere fusius, eamque materiam hic disceptare ex instituto. Sufficerit nobis ad majorem perspicuitatem glossæ quam ad præsentem locum habet, illam verbis clarissimis, & quantum fieri per brevitatis studium licuit, ipsius cl. auctoris exhibuisse. Hoc tamen pace viri nostra laude majoris nobis monere liceat, ejus ad h. l. eruditiss. notam

aliquoties in accentuum leges impingere manifesto, nec facile istam cum iisdem posse conciliari. Id fatebuntur omnes, quotquot duplicem dari in Scriptura S. accentuum sequelam Prosaicam unam, alteram Metricam non ignorant: quarum hæc in Psalterio, Proverbiis, ex quibus præsens desumtus est locus, & Jobo à 3. cap. vers. 2. ad ult. vers. 6.; illa vero in reliquis sacræ Scripturæ libris solet obtinere. Et in ea consecutione Metrica sunt quidam accentus, qui in Prosaicis pollent distinguendi valore, hic vero conjunctivorum munus subeunt. Suntque Tiphcha intermedius sive non anterior, & Sarka non postpositivus; qui posterior nunquam solus apparet, sed semper servo cuidam, ֫ nimirum aut ֭ in eadem voce conjungitur, arguitque subinde absentiam lineolæ Makkeph. Si vero alio in loco com-

co compareant, Tiphcha nimirum ante primum integræ vocis punctum vocale, ut solent accentus præpositivi, & Sarka tanquam accentus postpositivus in ultima vocis litera, illi etiam distinguendi funguntur munere, quæ ex perquam necessaria accentuũ in præpositivos, postpositivos ac intermedios divisione possent explanari uberius, quorum isti atq; illi fixam semper sedem obtinent: hi autem tonum sequuntur perpetuo. Quamvis ergo ֊ etiam distinctivus occurrat in metricis, tunc sc. quando est accentus præpositivus, nunquam tamen ille subdistinctivus est Silluki, sed Atnachi. Silluki vero est consecutione quidem regulari ׀; irregulari vero, datis conditionibus, pro illo adhibetur ֊ qui servum postulans admittit ֊ intermedium, quod exemplis lucentissimis ac evidentissimis jam pridem ab accent. doctoribus

est comprobatum. Ex his proinde liquet (1) falso ac erronee Virum celeb. τῷ אמרים apposuisse ֫, quando recenset accentus in Scr. his vocibus impositos, indeque *Piscatoris, Gejeri, vulgati, Junii & Tremellii* expositionem falsitatis postulat. Hunc enim accentum ad dictam vocem Codd. nonnisi vitiosi agnoscunt, quorum menda detegitur facile per ֫ non anteriorem in מרדף, quem & ipse laudatus Autor eidem appinxit rectissime. Namque hoc posito non poterat non vocula inter Sillukum & Tipcham illum media recipere ֫, per ea, quæ post alios monuit B. Weim. Doct. accent. Reg. IV. sect. 2. memb. 2. (1) p. 81. Est ille, quem vir cel. exhibet, accentuum positus in prosaicis ubivis obvius, non vero in metricis. (2) ergo manifestum est hunc accentuum positum viris, quos refutat Doctiss. auctor non refragari, verum pro eorun-

eorundem versione pugnare admodum valide, quod ex supra dictis & mox dicendis patebit. ב enim in אמרים est quidem inrer accentus tam prosaice, quam metrice conjunctivos, ast quemadmodum utrobique contingit sæpius, ut accentus aliquis distinctivus certo in casu distinguendi munere exutus, idem præstet, quod requisitus in reg. consecut. conjunctivus, cujus ille locum tenet: ita e contrario haud est infrequens, ut servus pro domino positus in herilem dignitatem migret, idemque efficiat, quod regularis ille, in cujus locum surrogatur, distinctivus. Quare post Dictam. Gramm. & Log. sedulo attendendæ in sensu sec. accentus eruendo conditiones istæ, quibus servus pro domino, & contra, solet substitui. Et hoc vel ideo pluribus edisserere volui, cum exinde vitiosissimus clod. & Leusd. codex in ali-

quam multis locis emendari, & lapſus virorum accentuationis cæteroquin haud ignarorum, queant evitari. Cujusmodi lapſus ſunt v. g. quos committunt Hackſpan. Syll. Diſp. de nominibus divinis. 1. §. 34. & Guſſet. comment. L. H. f. 207. c. 1. probaturi inter alia nominis Tetragrammati pronunciationem per אדני inde, quod Pſalm. 19. 3. Pſalm. 37. 5. Pſalm. 132. 13. Pſalm. 2. 11. Pſalm. 7. 18. 34. 2. poſt illam vocem literis בגדכפת inſcribatur dageſch lene. Quo de argumento fortasſis Deo dante alibi. Sunt namque hæc obſervata generalia, quæ nullo negotio quivis applicabit ad præſens. Ne tamen & hic labor noſter mancus ſit ac mutilus paucisſimis illam inſtituemus. Neutiquam diffitebimur, alios requirere conſecutionem regularem dato in ſenſu accentus, hos videlicet; מְרַדֵּף אֲמָרִים לֹא־הֵמָּה׃ ſed ſillukum laborantem exiſten-

ſtente in verſu atnacho in ſecunda voce diſtinguenda pro ֑ recipere ֣, cujus tunc ſervus præmittendus eſt Tiphcha non anterior, ex Pſalm. 1. 3. 6. Pſalm. 2. 3. Pſalm. 22. 27. &c. norunt omnes accentuationis periti. Ut magis mirum ſit B. Nold. qui alias haud raro ad accentus provocat, & conc. p. 1012. hunc noſtrum locum accuratè verterat, alibi nempe not. 492. tam grauiter in eundem poſitum impingere, quando de Job. 9. 24. אם־לֹא אַפּוֹ מִי־הוּא ſcribit, *male Luth.* iſts nicht alſo? *Coccej. ſi non ita eſt. nam Tipcha in* לֹא *Non, ſenſum ſiſtit. Dices:* אִם לֹא אַפּוֹ *Iob. 24. 25. exponi: ſi non ita eſt. Reſpondeo, exponi: quia alia accentuatio,* in qua verſione adſtipulatur B. viro Seb. Schm. comment. qui pro eadem ſententia allegat Ab. Eſ. Ralb. Perizol & Coccej. quamvis in expoſ. ab his omnibus recedat. Cum ibi quoad valorem non ſit alia, ſed

eadem prorsus accent. forte autem B. viro imposuit ־ָ ל ֹ ֶ ֹ ֶ, adeoque ante vocalem (וֹ) appositus, quemadmodum constat accentus intermedios, quando incidunt in vocalem cholem atque schureck illis non post-sed præ-poni, ut existimaret esse illum anteriorem, cum contrarium docere potuisset tum consecutio, quam obtinet in metricis Silluk, tum etiam præmissus ־ָ in אפו. Sed quid multis? tribuit enim ipse laudatus Auctor l. sup. c. l. 2. c. 8. p. 365. munacho Sillukum præcedenti expresse valorem distinctivum, quando proverb. 11. 3. vertit: *integritas rectorum deducit eos:* וְסֶלֶף בּוֹגְדִים וְשָׁדֵם׃ *& perversitas perfidiosos: & vastat eos.* Adeoque (3) apparet allatam a viro doctissimo versionem non consistere, si ex accentuum consilio res sit decidenda. Hos enim poscit accentus: מֹרדף אמרים לא־

המה:

: חמה Ac denique (4) illos, quos ex Junii aliorumque mente apponit, quoad figuram & consecutionem in metricis prorsus non invenire locum; quoad valorem autem eosdem esse, quos exhibet sacer codex. Sicut enim in prosaicis maximus distinctivorum in voce sibi proxime præmissa distinguendalocat ֑ qui pro servo agnoscit merca: ita hic quoque Silluck metricæ accentuationis, proxime sibi præmittit munach distinguentem, vicarium ֒, stipatum servo non anteriori.

§. 3. Nec majori cum successu hunc locum tractavit Cl. Gusset. comm. L. H. f. 423. c. 2. S. qui hunc facit sensum: *omnes fratres pauperis eum oderunt, quanto magis congerrones ejus recedunt ab ipso. Persequitur (ut eos revocet ad se), verba (sola obtinet suis precibus) non eos ipsos.* Quæ explicatio haud secus impingit contra accentus ac prior

illa. Tribuit enim & hic Tipchæ vocis מֻרְדָּף distinguendi valorem citra ullum in tali consecutione ac situ exemplum, adeoque violat axiom. I. unacum secundo quando ob verbum subintellectum τὸ אמרים connectit cum sequenti לא־המה, quod ab illo fuisset omnino distinguendum per superius dicta.

Dictum V. Eccles. III. v. 18. 21.

אָמַרְתִּי אֲנִי בִּלְבָבִי עַל־דִּבְרַת
בְּנֵי הָאָדָם לְבָרָם הָאֱלֹהִים וְלִרְאוֹת
שֶׁהֵם־בְּהֵמָה הֵמָּה לָהֶם׃

v. 21. מִי יוֹדֵעַ רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם
הָעוֹלָה הִיא לְמַעְלָה וְרוּחַ הַבְּהֵמָה
הַיּוֹרֶדֶת הִיא לְמַטָּה לָאָרֶץ׃

v. 18. Dixi ego in corde meo,

meo, secundum (hanc) hominum conditionem (est) ut seligant illi DEVM: aut ut cognoscant, quod illi ipsi bestiæ sint sibimet. v. 21. Quotusquisque attendit spiritum hominis, qui ipse adscendit sursum, (aut quod adscendat ille sursum) & spiritum bestiæ (quotusquisque animadvertit), qui ipse descendit (vel quod ipse descendat) deorsum in terram:

§. I.

ESt præsens pericope à vers. 16. ad finem vsque cap. difficillimi libri Biblici facile præcipua, quæ inter alia

alia permovit quosdam, quorum hæresin commemorat Philastr. Hæres. 85. ut abjectè nimis de hoc libro sentirent, illumque è canonicorum numero ejicerent penitus. Quibus ut immerito Talmudistas hunc librum in cod. ירים c. 3. th. 5. coll. c. 4. th. 6. manus contaminare perhibentes: ita perperam quoque Lutherum nostrum accenset Huetius D.E. propos. 4. p. 438. & 413. edit. Lipsi. recentissimæ, verbis quæ de Ecclesiastico seu Syracide adhibuerat B. Lutherus, de Salomonis Ecclesiaste acceptis atque intellectis. Illorum tamen vestigia premunt Theologi Batavi, seu qui sub eorum nomine latere voluit Belga haud incelebris, Joh. Glericus, qui (ejus sententiam recensente ac confutante summe Rev. atque cel. Dn. D. Majo in Diss. inaugurali de Libb. sacrorum insp. §. 1. & 24.) in scripto quod Gallica lingua Simonio opposuit

fuit sub tit. Sentimens de quelques theologiens sur l' Histoire Critique du vieux Testam. composeé par le P. Rich. Simon à Amsterdam 1685. p. 272. inter alia & hoc nomine inspirationem huic libro derogat: quod Criticæ S. peritissimo judice hujus scripti auctor in eadem sententia fuerit cum Sadducæis de immortalitate animæ & V. Æ. Alii ea non satis intellecta in alterum prolapsi extremum ex h. l. cum Jes. 65. 25. & Rom. 8.19. coll. bruta quoque resurrectura asseruerunt, qua in sententia Puccium fuisse constat. Denique κακὸν illud θηρίον Matthias Knuzen aliique perditæ vitæ homines ac profani æternæ veritatis illusores hinc ausi sunt inficiari futuram olim mortuorum resurrectionem. Dignam ergo judicarunt viri eruditi, quique cui suam impenderent operam, ceu prostant, quæ præter celebb. & accuratiss. hujus libri inter-

terpretes, Mercerum puta, Geierum, Varenium & Seb. Schmidium in h. l. commentati sunt B. Joh. Musæus in Scripto Germanico conscientiariis opposito, p. 128. s. cel. Spenerus in denen mißbrauchten und geretteten Sprüchen Heil. Schrifft Joh. Brunsmann in Hendecade Dissert. Miscellanearum Diss. 1. aliique, quos deinceps nominandi erit occasio. Qui verò omnes cum una ratione, ut se ex difficultatibus expediant, rem non aggrediantur, operæ nos pretium facturos existimavimus, si ex uberrima celebriorum auctorum messe spicilegium institueremus.

§. 2. Selegimus verò ex integra pericope binos duntaxat versiculos, queis rite ac contextui convenienter explicatis lucem fœnerabimus reliquis, ac facem prælucebimus, ut vel verbum circa istos monere insuper haud judicemus

mus neceſſum. Ante omnia ergo illa removebimus, quæ ſupra datæ interpretationi poſſent objici, deinde totius pericopes ſenſum brevi paraphraſi, quantum poterimus, exhibebimus, & tandem aliorum etiam expoſitiones afferemus, eâ, qua decet ac par eſt, modeſtia oſtenſuri cur illis non adſtipulemur. Primo quidem arbitramur v. 18. non novum caſum proponi, ſed potius hunc cohærere adhuc cum 16. & 17. v. ac Salomonem porro inſtruere homines, quomodo ſeſe in hoc rerum ſtatu v. 16. deſcripto gerere debeant. Quare על דברת eodem in ſenſu accipimus, quo Pſalm. 110. 4. Iob. 5. 8. & alibi occurrit, pro *cauſa*, *conditione*, *ſtatu &c.* על vero idem eſſe ac *ſecundum*, in propatulo eſt, ut plane ſupervacaneum ſit loca producere, deſideranti verò illa in magna copia ſuppeditabit Nold. Conc. p. 707.

Et

Et vel solus Psalm. 110. 4. jam adductus rem manifestam reddit. Porrò לִבְרֹם inf. non quidem in Piel ceu vult B. Geierus in h. l. p. m. 109. sed Kal esse, radicis בָּרַר *eligere* conf. 1. Chron. 7. 40. c. 9. 22. c. 17. 41. largiuntur interpretes, & vel sola punctatio extra dubium ponit. Est enim ad formam לִבֹּד ad *expandendum* Ies. 45. 1. כְּשֹׁךְ *secundum tendere* Ier. 5. 26. Qui plura volet de hac voce, adeat R. Sal. B. M. in M. I. f. 46. c. 4. l. 15. fin. ff. quæ tamen non omnia æquè placent. His ergo perspectis apertum est, rectissime ita converti hoc vocabulum *ad seligendum*, aut coll. interpr. Cel. Danzii §. 126. & 127. *ut seligant illi* &c. nec enim curamus, quæ objicit cel. Gusset. Comment. L. H. f. 151. x. 2. Itaque hæc non minus quam subsequentia ad homines referimus, qui monentur, pro judice sibi seligant justissimum omni-

omnium, *aut* &c. ita enim כ consuevit accipi Exod. 21. 17. coll. Matth. 15. 4. & Marc. 7. 10. vid. Nold. Conc. p. 271. & noster sæpius laudatus Danz. Interpr. §. 193. I. 3. p. 316. Circa reliqua hujus versus verba dubium amplius nullum supereſt, quod aliis interpretibus in ipsorum explicatione nobiscum commune non sit. Sensum putamus planissimum, sive כ similitudinis omittas, sive, quod vult B. Geierus p. 110. illud suppleas (cujus ellipseos reperies exempla ap. Nold. l. c. p. 378.) modo attendatur similis in Scr. admodum frequens loquendi ratio לך לך *abi tibi* Gen. 12. 1. &c. vid. Cel. Danz. Interpr. §. 216. 4. & conf. Psalm. 49. 13. & 21. itemque B. Luth. in h. Eccl. l. Solche Menschen die GOtt nicht fürchten / achten / noch erkennen / sind wie das Vieh / das auch von Gott weder Erkäntniß noch Gedancken hat. ad

vers. 19. vocem מִקְרֶה juvat audire R. Sal. B. M. I. c. lin. antep. כתב הריקם כי שלושתן מוכרחים ואלו הן סמוכים הן בצרי כמשפט וכן נמצא בספרים המדויקים ופירושם כי בני האדם מקרה הם בעולם וכן הבהמה ומקרה אחד להם במיתתם *i.e. scribit Rekam, quod hæc tria* (מִקְרֶה) *sint in statu absoluto, quod si enim essent in constructo, postularent ordinarie Zere. Ita verò deprehendimus in Codicibus etiam accuratissimis. Ergo sensus illorum est: Quod homines casu sint in hoc mundo, similiter etiam bestiæ, sitque eventus illorum unus in morte eorundem.* Ut meritò dubitetur an recte communiter vertatur: *accidens est filiorum hominis & est accidens bestiæ, & est accidens unum illis*, quod B. Schm. p. 87. monente, *posset videri tautologicum; cum dicere potuerit simpliciter: Accidens unum est filiis hominis*

nis & beſtiis. Equidem & huic dubio conatus eſt occurrere, ib. mox mox ſubjiciendo : *Sed videtur hoc dicere : Eſt quidem filiis hominis ſuum proprium accidens, & eſt beſtiæ ſuum proprium accidens, ſed eſt tamen aliquod commune accidens utrisque illis, cujusmodi jam (3) in ſpecie eſt, quod homo moriatur ſicut beſtia &c.* Quæ illis adjicere viſum eſt, ſi forte cui ſatisfaciant. Tremelliana verſio hic minus placet. verſ. 21. interrogativum מי paucitatem innuit, perinde ut Jeſ. 63. 1. coll. c. 55. 10. 11. Pſalm. 90. 11. ידע ſignificat *noſſe*, hincque cum Hebr. non habeant verba compoſita, *agnoſcere, animadvertere.* Reſtat phraſis : *adſcendere ſurſum*, quam B. Geierus p. m. 115. *Metaphoricam* dicit, *deſumptam à durabilitate ſuperiorum v. g. cœli ſtellarumque, ſicut phraſis oppoſita deſcendere deorſum ſub terram, eſt corrumpi, annihilari, aut*

ri, aut evanescere, instar illius, quod sub terram defoditur ac putrescit. B. Seb. Schmid autem mavult phrases illas respicere c. 12. 7. *& revertetur pulvis super terram sicut fuit; Spiritus autem revertitur ad Deum, qui dedit eum. Nimirum* (verba adhuc sunt B. Viri:) *qui spiritus revertitur sursum h.e. ad Deum, ille non interit: Qui verò descendit deorsum, non ad Deum creatorem & conservatorem, ille interit &c.* Vtrumque satis bene, & posterius quidem plane cum Scr. l. c. coincidit. His ita expositis mens ac sententia pericopes erit seq. v. 16. Circumspiciebam sub sole in hoc terrestri globo, & deprehendebam multa loca judicio justo exercendo dicata, in quibus dominabatur iniquitas; loca item quæ justitiæ administrandæ officina esse debebant, ubi commorabatur impietas (non *impius*, ut quidam, est enim monente ex vero

vero Raſchi, tonus in penult. & inſuper in fine (‿) non (‿)) innocentes opprimebantur, & peſſima quæque cauſa triumphabat. Hoc ergo conſilium (v. 17.) ſuppedito iniquitate oppreſſis, brevi hæc duratura tempore, tandem venturum, qui juſtum exercebit judicium, & cuique retribuet prouti meruere opera ejus, adeoque juſto, cujuscunque conditionis aut ſtatus ille fuerit, præmium atque honorem; impio autem ſine perſonarum reſpectu ignominiam juxta cum igne infernali impertiet. Deus enim inultam non dimittet iſtam hominum perverſitatem, ſed ſi non citius, profecto ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ κρινεῖ τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, & iſtorum facinora in apertam lucem protrahet, eademque puniet ſevere. Ad hunc & ejus judicium confugias, eidemque in perturbato hoc rerum ſtatu cauſam tuam committas, de

illius, quod aliquando exercebit, justissimo judicio, adeoque non minus per consequens de animæ immortalitate, certus. Nec est ut mora te offendat. Sicut enim jam cernimus, cuique rei suum esse statutum tempus: ita quoque in judicio illo divino res sese habet. Est & ibidem omni operi remunerando ac vindicando suum definitum tempus, quod certe non emanebit (conf. iterum Raschi) interea (v. 18.) serio hortor innocentes Deoque confisos, patienti adversa quævis animo perferant, illum omnium mortalium judicem & sibi judicem futurum credant eique cuncta committant. Hoc enim ni fecerint, sed moræ pertæsi de illius judicio tandem exercendo, deque animæ immortalitate dubitare, eademque pernegare occipiant, miserrimos se deprehendent omnium, videantque oportet, quod nil quidquam

bestiis

bestiis præstent, sed illis sint ex asse similes. Nam (v. 19.) absque justo Dei judicio foret, ex accidenti viveret in hoc mundo homo, viveret quoque ex accidenti bestia, & eventus esset idem utrique. Quemadmodum enim bestia, ita & homo moritur, & unus est tam his quam illis halitus seu flatus, ut hominis præ bestia, Dei justo excepto judicio, coram quo aliquando sistetur, prærogativa nulla sit, cum omnia pariter vana sint atque inania. (v. 20.) omnia abeunt in unum eundemque locum, quemadmodum enim reliqua præter animam omnia facta sunt ex pulvere, ita quoque omnia in pulverem redibunt (v. 21.) Enimverò quàm pauci sunt mortalium, qui his externis bestiis hominibusque ex æquo communibus non tantùm inhæreant, sed spiritum cogitent hominibus peculiariter concessum, qui post corporis interitum

adhuc erit superstes reddetque eorum, quæ per vitæ tempus peracta sunt, rationem, brutorum autem spiritum unà cum corpore ex terra desumtum simul interire, adeoque illi judicium subeundum non esse. Vt hinc discant illi vitam pio homine dignam transigere, & omnia adversa patienti perferre animo, nec (v.22.) nimium inhærere terrenis, ut eorum curis tantùm non confecti in vanis angoribus Dei rerumque divinarum obliti noctes insomnes ducant, divitiis per fas & nefas corradendis invigilent, hincque alios premant & tantum non opprimant. Visum ergo mihi est, non esse melius, quàm ut homo non inerti otio luxuria & sagina, nec in rapinis scelerumque studio, sed operibus suis & diligenti labore suo lætetur, fruaturque opibus divina benedictione partis, Deo confisus eique benedictionem commendans.

Hæc

Hæc enim est pars quoque, quam Deus ei indulget, quis enim perducet hominem eò, ut post obitum videat, qui bonorum tam tenaciter recluſorum hæredes ſint futuri, an bene uſuri ſint divitiis tanto labore comparatis ac relictis. vid. quæ in h. l. egregie ſcribit ex judæis quidem Raſchi, ex Chriſtianis vero Varen. p. 35. ſſ. Et quid hiſce in verbis ita explicatis ſuadeat ſtatuere ex carnis, non veritatis judicio, hic loqui Salomonem, tam non video, quam illud non admittimus in Pauli verbis ajentis: Si reſurrectio mortuorum nihil eſt, miſerrimi ſumus omnium, & quæ ſunt alia V. Nique T. loca hæc confirmantia, quæ magno poſſent afferri numero, ſi neceſſum fore judicaremus. Et hac in re, quod Salomo non ex impiorum, ſed propria ſententia non niſi ea loquatur, quæ veritati ex toto ſunt conſentanea Brunsmannus

jam Theol. Prof. Hafniæ Cel. in Hendecad. diſſ. miſc. cum approbatione H. G. Maſii an no 1691. emisſis Diſſ. 1. p. 1. ſſ. probat ex verbis: *dixi ego in corde meo;* item *exinde, quod Salomo hocce inſcripto nullius mentionem faciat tentationis, nec ullam refutationem addat dictorum*, ſicut alias fieri ſolet cum proponuntur verba, quæ ſanctis & piis in tentationum conflictu & paroxyſmo excidere. Quamvis de cætero ejus ſententiam noſtram non faciamus, qua ille per רוח האדם verſ. 21. p. 6. ſ. non ſpiritum immortalem ſeu animam rationalem, ſed ſpiritum corporeum intelligit, cujusmodi ait eſſe primo halitum, deinde & ſpiritum vitalem, qui complectitur calidum innatum & ipſa anima ſenſitiva eſſe videtur, ac ſub finem perhibet ſe accepiſſe virum amplisſimum atque Nobiliſſ. Joh. Laſſenium Hafnienſ. Theologum verba hæcce diffi-

difficilia Eccleſiaſtæ in publica concione ſimili explicaſſe modo. Inque eadem ſententia fuiſſe etiam *Meyfartum part. 1. Mel. Theol. de Reſurr. mort.* p. 253. tradit B. Rudr. philoſ. Theol. diſſ. prælim. 2. p. m. 31.

§. 3. Quod verò tot tantique auctores opiniati ſunt, Salomonem hic ex corruptæ carnis judicio loqui potius, quàm veritate, aut quid, dum eſſet ab idololatricis ſuis uxoribus ſeductus ſentiret, confiteri, in cauſa fuit verſ. 18. aliter quam in hebræo eſt interpunctus. Ita enim de illo ſuum B. quidam & de tota Eccleſia non minus quàm Philologia ſacra meritiſſimus Vir ediſſerit ſententiam *Eccl. 3. 18. habetur: dixi ego in corde meo* על דברת בני האדם *ſecundum ductum, ſeu rationem hominis, h. e. ſecundum rationem humanam. Ex qua phraſi conſtat, ea, quæ ſequuntur & alia in hoc libro* μιμητικὰ *eſſe, & loquentem indu-*

induci hominem mundo addictum, animæ immortalitatem negantem & omnia externis eventis judicantem vid. *cap. 9. 7.* (al. 9.) ſſ. *uti & antecedd. verba & conf. Junii & Tremellii notas.* A qua ſententia parum aut nihil abeunt interpretes ac translatores laudatisſimi plerique. Hæc autem expoſitio majorem adſcribit valorem τῶ ֒ poſteriori in הארם, quam priori in בלבי, adeoque non obſervat Axiom. 5. *Accentus ſubdiſtinctivus in eadem ditione repetitus, quo longius abeſt à communi domino, eo magis diſtinguit.* Aut ſi mavis, contra Axiom. 4. coll. 6. impingit. Eſt enim ֒ in הארם poſitus pro ֭ rege minori, uti facile conſtat ex dictamine Grammatico & Logico, qui major eſſe non poteſt quam præcedens rex ֒ in בלבי. Quod ſi ex fontium conſilio hæc obtineret verſio atque interpretatio, ſequentes vocibus eſſent impoſiti accen-

accentus: אמרתי אני בלבי על־ דברת בני האדם לברם האלהים aut consecutione irregulari אמרתי אני בלבי על־דברת בני האדם לברם האלהים Facile igitur liquet, ex hoc versu satis solide probari non posse, sequentia hæc verba ad finem usque esse ex rationis humanæ arbitrio prolata, ut potius exinde manifesto appareat contrarium, modo non committatur fallacia compositionis atque divisionis. B. cujusdam Viri expositio, qua Comm. in h. l. p. 87. coll. 74. autumat in vers. 18. ſſ. novum, eumque tertium contineri casum pietati offendiculum præbentem, quem removeat: Præterquam quod eodem premitur dubio, illud etiam incommodum habet, quod cogitur admittere responsionem ad casum, ipsum præcedere casum; quod

in an-

inantecedd. factum haud videmus, & si hic admittatur, particula כי in vers. 19. aut plane negligenda erit, aut in significatu suo famosiori non poterit retineri. Accedit phrasis vers. 18. אמרתי אני בלבי, cui hæc omnia postponuntur, nec ulla comparet diversitas, quin imò cohærent omnia, ut illis non minus, quæ vers. 18. quam quæ reliquis etiam habentur, ea ipsa videatur communis.

§. 4. In vers. 21. triplices offendimus versiones quoad verba, non vero quoad sensum multum, discrepantes (1) enim pars statuunt, supplendam esse interrogandi particulam ante רוח האדם unde sequens illis versio enascitur: *Quis scit, an spiritus filiorum hominis ascendat sursum, & an spiritus jumenti descendat subtus terram?* prouti reddidit Pagninus & ante hunc vulg. qui pro *an* substituit *si*; & ex parte

te chald. qui ita מי הוא חכימא
דידע אין רוח נשמתא בני אנשא
הסלקא היא לעילא לרקיע וכו׳

Quis est sapiens, qui novit an spiritus animæ humanæ an (inquam) *ascendat ille supra expansum* &c. Verum & hi non observant accentuum sequelam, quoniam τῷ ֗ in יודע sensum magis completum assignant, quam ֗ in האדם, quum hic sit omnium confessione rex, ille autem dux major. Violatur itaque axioma 3. Alia dato hoc sensu omnino esset accentuum facies juxta dict. Gr. & log. hæc nimirum מִי יוֹדֵעַ הֲרוּחַ בְּנֵי הָאָדָם הָעוֹלָה הִיא לְמַעְלָה ceu recte arguit B. Weim. Us. Acc. p. 96. & potius hoc in sensu pronomen היא una cum ה articuli ante העולה & יורדת abesset, nisi & illud cum Chald. interrogativum dixeris, non articulare; de quo jamjam plura dicenda erunt.

§. 5. Alii

§. 5. Alii (2) opinantur cum Chald. 70. &c. ה illud ante עולה & יורדת omnino esse ה interrogativum. Qua in sententia est B. Thilo p. 745. seq. qui aliquot rationibus pro illo decertat, & consentientem sibi adducit B. Geierum iisdem argumentis usum, quo etiam nomine notatus est à B. Seb. Schmid. p. 88. in h. l. Sed ipse B. Vir in altera comm. sui in Eccl. edit. de anno 1668. p. 119. missa illa, quam in edit. pr. anno 1647. excusa p. 114. defenderat, amplexus est communiorem tàm judæorum quàm Christianorum de hac particula sententiam, quare etiam à B. Noldio loco mox allegando, pro eadem laudatur verbis seqq. *Ad nostram sententiam exponunt Anglica & Drusius. Sed & Geierus post Varenium & Hacksp.* Et ex Judd. suffecerit nominasse Raschium, Ab. Esram, B. B. f. 862. illum quidem c. 1. l. 5. fin. hunc vero c. 2. l. 11. fin.

fin. ff. & R. Sal. b. M. f. 47. c. 1. l. 4. quorum verba producere vetat brevitas, quam nobis festinandi imperat necessitas. Ex Christianis vero magno conatu idem probare satagit rejectis iis, quæ in contrarium afferuntur, Varen. in Gemmis Salom. à p. 17. ad 32. Nold. conc. particul. not. 1070. & Hacksp. not. part. 2. p. 471. s. & quis recenseret omnes? Estque punctatio manifestum hujus rei documentum. Nos ea, quæ opponi ab aliis videmus diluemus paucissimis aliorum verbis potius, quam nostris usuri. (α) ajunt: *non solere post adjectivum vel participium, cui* ה *artic. est præfixum, sequi pronomen* הוא; ad quod respondet l. c. B. Schmid. *hoc, quod cum venia viri dixerim, non subsistit. Nam si per relativum ipsum* אשר *recte* dicitur אשר עולה הוא & אשר יורדת הוא *quod forte nemo negaverit: cur non etiam dicatur, quando pro relativo*

vivo אשר *tantum substituitur He?* Conferri etiam poterit Ez. 18. 20. (β) ajunt *ejusmodi anomalæ punctationis plura haberi exempla Gen. 17. 17.* הַלְבֶּן *num filio?* c. 37. 32. הַכְּתֹנֶת *num tunica* Lev. 10. 19. הַיִּיטַב *an bonum fuisset.* Ioel. 3. 9. (al. 4. 4.) חֲנָעוֹל *an retributionem* &c. ad hæc aliaque ab aliis prolata exempla sigillatim Resp. Varen. p. 24. s. 28. ff. ea partim vocando in dubium, quod facit circa Ioel. 4. 4. Lev. 10. 19. & Genes. 37. 32. partim contendendo præsenti illa exemplo parallela non esse. Insuper quatuor rationes producit, quibus evictum eat, esse ה illud hoc in loco interrogativum, ex quibus duæ nobis arrident, quas apponemus (1) *Omne* inquit ה *Kamezatum ante vocem incipientem ab* ע *in tota praxi publica semper est articulus specificationis, nunquam particula interrogationis v. g.* הָעֶבֶד *ille servus* Gen. 24. 5. 9. &c. coll. Jerem. 2.

14.

14. חֲעַבְד an servus, *itaqq.* Dan. 12. 9. *coll. Hagg.* 1. 4. (2) *Omne* ה *patachatum ante radicalem dageſſabilem eſt articulus: nullum particula interrogationis.* ה *patachatum intelligimus puncto proprio & primo non ſecundario ex reſolutione orto & concurſu ſc. duorum ſchuaim qualis non datur in exemplo præſenti.* Quam poſteriorem rationem una cum limitatione ſua clarioribus verbis expreſſit Nold. l. c. ה *interrog. non dageſſat radicalem non ſchvatam, quod hic in* חיורות *accidit. Poteſt autem* ה *interrog. dageſſare radicales modo ſchvatas* (vid. not. 1057.) *ſed non, quod hic fit, radicales non ſchvatas, ut inductio ſeu continuâ praxis Biblica oſtendit & fatentur, qui ſenſus in his litteris exercitatos habent.* Et ſub fin. notæ. *He non poteſt aliter ſumi in* העולה *quam in* חיורת *quod ſequitur: cum ſit*

idem contextus. Atqui hic non est interrogativum. E. nec ibi.

§. 6. Sunt etiam (3), qui interrogationem per totum versiculum protrahunt, hancque cudunt versionem. *Quis animadvertit spiritum filiorum hominis, qui ascenderit sursum? & spiritum bestiæ qui descenderit infra terram?* & ita reddidit Tremell. qui in notis mentem suam exponit uberius, habetque nonnullos ex nostris sibi consentientes. Verum hæc interpretatio nullo superstructa videtur fundamento, & iisdem, quibus duæ priores, arietibus concutitur. Accedit quod העולה היא dicente B. Varen. p. 35. *assseverantis est in modo primo, non dubitantis in conjunctivo.* Atque sic calamum ponimus divino Numini pro concessis clementer viribus immortales persolventes gratias.

יהי שם יהוה אלהינו מבורך
לעולם ועד אמן.

ERRATA EXTANTIORA.

p.4.l.7.fin. pro 28. leg.25. p.8. l.5. pro miniſtri ſcrib. miniſtros. ib. l.7. fin. abſentis. p.9.l.4.fin. pro B.Walth. in Harm.ſcrib.D.Majus in H.A.p.4.ſſ.p. 15.l.14.pro v.g. quod leg.quaſi v.g. p. 17.l.10.& 11.medius& minimus transponantur.p.20.l.15.poſt japhetum;inſerantur: *itē quando ingrediebantur illi arcam* (Gen. 7.13.) *eodem ipſo die ingreſſus eſt Noa & Sem & Ham & Iaphet*; p.50.lin.3.fin.pro את leg. אִיָּה & add. ויאמר. p.70.l.7.fin.f.60.p 85. l.6.Marc.2.24.p.106.l.11.pro 438.ſcrib. 408.ib.l.6.f.Clericus. Reliqua B.L. pro candore ſuo facile corriget.

II, 2 1 ~~69~~ 4.77
82
III, 77108 nb.
133.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1046136291/phys_0137
DFG

ud συνεβράσθη ſpuri-
ndumque vel cum
odicibus ἐξεβράσθη,
η, συνεξεβράσθη, ſer-
.

Lucianus de ſal-
ag. 816. ἀλλὰ τόγε
ήνει τῷ Αἴαντι.

ɔmprimo, vna pre-
oniates fragmento
igni traditis poſt
Polin, inſerto a ce-
ɔ biblioth. Graecae
. ᾤδειο δὲ τὸ μὲν βασι-
ίδα τὸ συμμαρτόμε-
redebatur alterum
rum, quod in ore
erebat, aſpis.

fero. *Baſilius M.*
ag. 276. memorat
nera, quae συμμε-
λέξασι, *facile trans-*
cum iis, qui ea-

Συμ-